ſecundùm Iobi dictum cap. 18. deuorat, pulchritudinem cutis eius, conſumat brachia illius primogenita mors, auellitur de tabernaculo ſuo fiducia eius, calcat ſuper eum, quaſi Rex interitus, habitant in tabernaculo eius ſocij eius, qui non eſt; aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur, ac de orbe transferet eum. non erit ſemen eius, neque progenies in populo ſuo; neque vllæ reliquiæ in regionibus ſuis. E contra verò in eo Pœnitentia, & hoc
3 ex omnibus ſacris DD. maximè ex Diuo Auguſtino dicente. Pœnitentia, ſanat languores, mortuos reſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam confert, claudis greſſum, ſurdis auditum, cœcis viſum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, ac roborat; Iure optimo ergò prælium magnum inter pœnitentiam, & peccatum mortale, quod eſt mala actio in cogitatione, verbo, vel opere in re notabili contra Legem Diuinam, vel humanam acceptatam, publicatam, & non derogatam, vel contra aliquod, de quo dubitetur, vel habetur pro tali, & non eſt tale, quod ſemper ad æternam obligat pœnam, vt qui contra aliquam dictarum legum peccat, vel de ea dubitat; & ſicut peccatori ſuum placuerit peccatum, contra aliquam dictarum legum factum, vel contra aliquod, quod mortale iudicabat eſſe peccatum; ſic ita ei diuinam conſequenti gratiam, vt de eodem diſplicentiam habeat; quoniam Pœnitentia ſecundum D. Thom. 3. p. queſt. 85. Vig. in principio de Pœni-
4 tentia Cath. Rom. pag. 288. Nauarr. prælud. 10. in principio, eſt diſplicentia de aliquo facto, quod ante placuit; quæ Pœnitentia dupliciter conſideratur, puta, bona, vel mala; mala, quando quis triſtitiam, doloremq; habet, aliquod feciſſe bonum, vel videt, vel audit ab alio factum eſſe, videlicet quem pœnitet aliquod de Charitatis actu feciſſe, vel audit, vel videt ipſum ab alio factum eſſe, vt in Inferno damnati, quibus non ſolum diſplicent bona commiſſa, ac mala placent, verum etiam omnes damnari vellent, vt principaliter patet apud D. Thom. 4. diſt. lib. 2. Quodlib. 8. Nam ſicut beati, ratione perfectiſſimæ Charitatis de omni bono gaudent, ita damnati, qui in ſtatu ſummæ miſeriæ viuunt triſtantur; bona verò Pœnitentia eſt, quando alicui diſplicent mala commiſſa, ac pœnitet ſe ea feciſſe; quæ quidem duplex eſt; vna ſine vllo dolore, peccatorumque remiſſionis effectu, vt in Beatis, quos ſine vllo dolore peccatorumque remiſſionis effectu pœnitet, vt videre eſt, apud D. Thom. 4. quæſt. 1. art. 5. Vig. de Pœnitentia queſt. 3. verſ. 15.

Quo-

Quoniam ibi eſt gaudium plenum. Apoc. 25. Non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor, quoniam priora tranſierunt; alia cum dolore magno, peccatorumquè remiſſionis effectu, vt in viatoribus, quibus non tantum diſplicet, verum etiam dolent peccaſſe, quæ triplex eſt, vt puta Habitualis, Actualis, ac Sacramentalis; de habituali inquit veritas æterna Luc. 13. Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis; de actuali Matthæi 3. Agite pœnitentiam, & appropinquabit vobis Regnum Celorum; de Sacramentali D. Iacobus cap. 5. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, vt ſaluemini; De quibus pęnitentijs erit infra noſter ſermo.

Pœnitentia triplex, omnibus neceſſaria. *Cap. II.*

TRiplex pœnitentia ex Euangelica lectione, videtur omnibus neceſſaria. Habitualis, Actualis, ac Sacramentalis; habitualis, ſimpliciter ad ſalutem eſt neceſſaria, vt ex illo Matth. ſupra allegato liquidò conſtat: actualis, ac Sacramentalis, ex ſuppoſitione, ſcilicet ſuppoſito mortali peccato, & quando fieri poteſt. Habitualis ſecundum magiſtrum 4. diſt. 14. Eſt virtus, qua commiſſa mala cum emendationis propoſito plangimus, & odimus; Actualis, ſecundum D. Gregorium, & D. Ambr. de Pœnitentia diſt. 3. c. hæc de Charitate. Eſt, præterita peccata plangere, & plangenda, non committere. Sacramentalis verò ſecundum Nauar. c. 22. num. 11. Eſt, abſolutionis Sacramentum, in quo Sacerdos, ſibi ſubditum, & confitentem legitimè ſua peccata cum iuxto dolore, ac propoſito ſatisfaciendi abſoluit ab eis; de qua Sacramentali pęnitentia multum erit in cap. 3. dicendum; hic autem tantum de aliquibus differentijs, quæ ſunt inter habitualem, ac actualem pœnitentiam. vnde habitualis pœnitentia ab actuali, in quatuor differt punctis, nempe in habitu, in virtute, in tempore, & in perſonis. 5

Differt equidem. Primò habitualis pœnitentia ab actuali in habitu; quoniam pœnitentia habitualis, eſt animæ virtuoſus habitus: actualis verò animæ, corporiſque virtuoſus actus, qui actus virtuoſus ab ipſo procedit habitu virtuoſo, tanquam à cauſa facilitante. Vnde peccatorem ad bonum operandum inclinans; ille eſt animæ virtuoſus habitus ad bonum operandum facilitans; nam- 6

quamuis habitualis pœnitentia, atque actualis ratione animæ coincidant, attamen ipſa met actualis pœnitentia, tanquam à qualitate prima in Anima inhærente, ac facilitante procedit. Verum hic vnum concedendum, actum à nobiliori habitu procedere iuxta animæ diſpoſitionem, virtutum, donorumque, vt in noſtris primis parentibus Adam, & Eua patet; actus enim in ipſis pœnitentiæ à perfectiſſimo habitu procedebat; & ſic quò nobilior actus penitentiæ, nobilior habitus. Præterea habet habitus facilitare, & promptam reddere potentiam ad eligendum pœnitentiæ actum; attamen nonniſi ab excitante Dei gratia, homo poteſt aliquas bonas exercère operationes, ſua remittentes peccata, ipſumque ad

7 vitam perducentes æternam. Quoniam ad impij iuſtificationem primo eſt motus Dei præuenientis, quo mouet hominem peccatorem, vt in Deum ipſum infinitum bonum conuertatur; iuxta illud Pauli Epheſior. 5. ſurge, qui dormis, ideſt à peccatis, & illuminabit te Chriſtus, quod dupliciter fieri ſolet. Primò per internam inſpirationem. ſecundò per prædicationem, & quid huiuſmodi; nam, quamuis noſtrum liberum arbitrium neceſſariò concurrat ad noſtram iuſtificationem; vnde neceſſarium eſt, vt liberè conſentiat, ac cooperetur, vt Spiritus Sanctus nos per Salomonem docet. Tu adiuua te, vt Deus adiuuet te; & D. Auguſtinus, qui creauit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Diuus item Paulus ad Philipp. 2. Deus enim eſt, qui operetur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate; nihilominus non mouetur, niſi prius à diuina excitetur gratia, vt ex multis Sacræ Scripturæ locis quiſque colligere poterit, præſertim ex illo Saluatoris apud dilectum Euangeliſtam cap. 20. dicentis. Sine me, nihil poteſtis facere, & alibi. Ego ſum via, veri-

8 tas, & vita, &c. Collige denique breuiſſimè Lector, quod quatuor ordinatè concurrunt ad noſtram iuſtificationem; primo motus Dei nos peccatores ad bonum operandum mouentis, vt ſupra D. Paulus dixit Eph. 5. nimirum. ſurge qui dormis, ſcilicet à peccatis. ſecundò noſtrum liberum arbitrium acceptans talem Dei motum nos gratuitò mouentis. tertiò opera noſtra bona. quartò, & vltimò peccatorum remiſſio, gratiæ, & Charitatis Dei infuſio, vt in alio erit opere dicendum, & hæc doctrina poſſet approbari cum illa Sacri Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 5. 6. & 7.

9 Differt ſecundo habitualis Pœnitentia, ab actuali in virtute, quoniam penitentia habitualis poteſt hominem peccatorem ſalua-

Digitized by Google

re, abſque actuali; ſed actualis nunquam poteſt peccatorem ipſum ſaluare abſque penitentia habituali. Sciendum eſt enim quod Contritio, Confeſſio, & Satisfactio non ſunt habitualis Penitentiæ partes, ſed penitentiæ actualis; ſunt nihilominus Penitentiæ habitualis actus, ac virtutes; quando igitur peccatori propter Contritionem, Confeſſionem, ac Satisfactionem, fit culpæ, penęquè remiſſio, non fit ei talis remiſſio, in quantum ſunt actualis penitentiæ partes, ſed in quantum ſunt habitualis penitentiæ actus, atque virtutes, nam qui peccatum odit, certum eſt, animum habère, non amplius peccandi, quoniam ſtatim peccator ad Deum infinitum bonum conuertitur. Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. duo illi concurrunt. primò præteritum peccatum, vt ſcilicet illud deteſtetur, & plangat. ſecundò, futura vita, vt illam emendet, quæ òmnia de habituali penitentia ſubſtantia ſunt, per quam peccatori ſit culpæ penæque remiſſio; quæ veritas ex Saluatoris verbis intelligi poteſt, qui de habituali penitentia loquendo, ſic inquit. Niſi penitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis; de actuali verò, abſq; aduerbio ipſo (Niſi,) quod apud ſacros DD. omnes abſolutam ſignificat neceſſitatem. dicentis ſolum. Agite penitentiam, & appropinquabit vobis regnum Cœlorum. In quibus Saluatoris verbis clarè patet, quod non ex actuali penitentia, culpæ, penæque remiſſio fit, neque abſolutè ad ſalutem eſſet neceſſaria, ſed neceſſaria ex ſuppoſitione puta mortali peccato ſuppoſito, & quando fieri poteſt: peccato ſuppoſito mortali, tunc abſolutè ad ſalurem neceſſaria eſſet, iuxta illud ſapientiſſimi Eccl. 2. ſi penitentiam non egerimus: inciderimus in manus Domini, non autem in manus hominum, ideſt ait Spiritus Sanctus hiſcè verbis. Si nos mortali peccato habito non de eo penitentiam egerimus de æterna nos puniet pena, & non de temporali, quam ſolent homines in hoc ſæculo præbere. hæc eſt enim ratio, quod actualis penitentia ſit nobis, ex ſuppoſitione, ac ſimpliciter neceſſaria; Quando quis igitur hanc actualem penitentiam agère poteſt, & non agit, certè damnatur, quoniam certè habitualem penitentiam non habet, quæ abſolutè ad ſalutem neceſſaria eſt, vt ex verbis Saluatoris patuit, &c. Ex qua Pœnitentia habituali, actualis oritur pœnitentia tres continens virtutes, nimirum Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem, quæ in homine neceſſariæ ſunt mortali peccato ſuppoſito, vt erit infra dicendum.

Differt

Digitized by Google

10 Differt tertiò habitualis Pœnitentia ab actuali, quoniam in ha-
bituali penitentia quilibet Chriſtianus de ſuæ ſalutis neceſſitate
debet vſque ad mortem permanère, quoniam Saluator verbis ſu-
pra citatis adiunxit alibi. Non qui inceperit, ſed qui perſeueraue-
rit vſque in finem, hic ſaluus erit. Immò eſto fidelis vſquè ad mor-
tem, & dabo tibi coronam Gloriæ; & ſi aliquando quis ob aliquam
humanam fragilitatem in mortale cadit peccatum: debet tunc cum
bono animo ſuam firmare voluntatem, non amplius peccandi, &
ſtatim diuina miſericordia ipſius miſeretur; quoniam facienti, quod
in ſe eſt, Deus, qui infinitè miſericors eſt: ſuam non denegat Gra-
tiam, & Charitatem; qui bonus animus, ac voluntas firma eſſe non
poſſent abſquè de iam peccato commiſſo diſplicentia, & talem bo-
num animum, firmamque voluntatem, vſquè ad mortem haben-
do, nunquam habitualem penitentiam amittit, ad quam de ſuæ
ſalutis neceſſitate debet vſque ad finem vitæ ſuæ perdurare vt ſupra
Chriſtus excellentiſſimè docuit. In actuali verò penitentia non
tàm ſtrictè ſeruare, ac facere debet homo peccator. nam ipſe non
tenetur ſemper, nec tanto tempore, quanto peccauit, vel ſtatim pec-
cato cõmiſſo ſe penitère, confiteri, ac pro eo ſatisfacere, ſed conſi-
derato tempore, & loco; loca verò ac tempora peccatori præce-
ptum imponentia, conterendi, confitendi, ac ſatisfaciendi ſimul,
iſta ſunt.

11 Primò. Semel in anno, & hoc de Sanctæ Matris Eccleſiæ man-
dato, vt in cap. omnis vtriuſque ſexus patet; & quò ad communio-
nem à Dominica Palmarum, vſquè ad Octauam ipſius Paſchatis
incluſiuè per declarationem Eug. 4. ita Florent. in tract. de ſuſcip.
Euchariſtiæ fol. mihi 67. Caet. in ſumm. Verb. Comm. 3. Sylu. in
verb. Euch. §.9. 15. verbum ſecundum.

Secundò ex præcepto Iuris diuini, ac naturalis, quod quamuis
hoc præceptum non ſemper obligat, attamen ſecundum maiorem
opinionem, ſanamque doctrinam, ſpecialiter per infraſcriptos, in
12 multis videtur temporibus obligare. Primo toties, & quoties mortis
periculum currit, ſiuè naturalis, ſiuè violentæ, quoniam tunc non
eſt aliud peccatori tempus, quòd de ſuis poſſet conteri peccatis, &
confiteri. Notandum, quod non eſt vltimum inſtans mortis expe-
ctandum, vt dici poſſit extrema neceſſitas, ſed morali modo, quan-
do nimirum humano more, probabiliter ſolet mori, vt difficile in-
grediens bellum, longam faciens maris nauigationem, timet, ac

ſcit,

Digitized by Google

ſcit, quod tunc ei confeſſarij copia non erit. mulier grauida in alijs parturitionibus experta (vt ita loquar) pati mortis periculum; qui de certò ſcit, quod ſibi parantur ab inimico inſidiæ, quas difficilè fugere poſſit, abſque mortis periculo, qui caſurus eſt in frenesim, aut loquelam, rationiſque vſum perditurus, omniſque alius, qui in aliquo morbo periculoſo laborat, ſi mortale peccatum adſit, conteri, & confiteri tenetur ſimul. Et probatur primò ſi quis in mortali exiſtens peccato, ac moriendi periculum habens, conteri nollet, in æternam ſe exponeret damnationem. Secundò ex D. Iacobo cap. 5. Si aliquis ex vobis infirmatur, vocat presbiteros Eccleſiæ, nam quamuis iſte talis in ſupra citatis caſibus, non eſt mortem propè, nihilominus extrema dici poteſt neceſſitas, & ſemper, quod periculum eſt in mora. Vndè Sacri DD. permulti, ſpecialiter Nauarrus 2. P. conſ. de Pęnitentia, ac remiſſ. conſ. 15. nu. 3. atque in cap. 26. num. 31. & cap. 271. Viualdus lib. 1. infra, & num. 64. Bat. Med. in ſumm. lib. 1. §. 41. Sot. 4. diſt. 18. art. 2. conſ. 5. nullam diſtinctionem faciunt inter mortis periculum, ac periculum mortis. Et probatur primò ſecundum philoſophum, vltima diſpoſitio ad formam dicitur, atque eiuſdem ordinis cum forma. ſecundò quod parum diſtat, nihil diſtat, nam parum pro nihilo reputatur igitur, vt ſupra.

Secundò, quando quis ſub voto, vel in iuramento ſe in aliquibus temporibus, vel ſingulis menſibus, vel ſingulis octo diebus confiteri obligauit, vel in confeſsionem, ad ſuorum peccatorum remedium, ter, vel quater, aut plus, vel minus in Anno confiteri acceptauit. Nauar. c. 2. n. 9. ac Ioan. Med. de Confeſſ. cap. 6. 13

Tertiò, quando peccatori Conſcientia dictat per ſtimulos, ac bonas inſpirationes, vt in ipſum Deum infinitum bonum conuertatur D. Anton. 3. p. tit. 14. §. 13. cap. 19. Maior. 4. diſt. 17. q. 2. Ioannes Med. verbo ſup. Ledeſma 2. p. q. 5. dub. 5. Couarr. in cap. Alma Mater p. p. §. 1. num. 9. concl. 5. Syluestr. 1. §. 2. Can. de Pęnitentia p. 5. Petrus Scotus de inſtit. Sacerd. Angel. confeſſ. 1. §. 3. Adrianus eodem verbo quæſt. 3. quoniam hæc eſt Spiritus Sancti gratia, iuxta illud Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, cui debet homo aſſentiri, atque aſſociare, & non repugnare, & contradicere. Vnde Dominus oſtendere volens, quantum ei diſplicimus, ſuas bonas non acceptantes inſpirationes, ſic habet Prouerb. 1. Vocaui, & renuiſtis me, ac deſpexiſtis omne conſilium meum, 14

Digitized by Google

meum, ego quoque in interitu veſtro ridebo, cum aduenerit ſuper vos calamitas, & interitus; tunc inuocabitis me, & non exaudiam, eò quod exoſam habuerunt diſciplinam.

15 Quartò, quando quis probabiliter credit, per totum annum, nō habiturus confitendi commoditatem, vt Sanctæ Matris Eccleſiæ præceptum adimpleat dè confitendo ſemel in anno: maximè quādo peccata habet reſeruata, & confeſſarium præſentem ab eis abſoluentem, quem difficulter, infra annum, ad ipſum abſoluendum inuenire poterit. Nauar. vbi ſup. num. 10. Sylu. verſ. 4. in his quatuor temporibus ſupra notatis, peccatori, Contritionis, Confeſſioniſque ſimul præceptum currit. confeſſoris copia habita; Currunt etiam ei alia tempora, & loca quibus, non tàm ſtrictè, vt ſupra contritionis, confeſſioniſque præceptum currit, ſed contritionis tantum.

16 Primò toties, ac quoties aliquid vult adminiſtrare, ac recipere Sacramentum, quoniam Sacramentum oportet præcedere Contritionem; licet enim tàm ex Iure diuino, quàm humano SS. Euchariſtiæ Sacramentum, non ſolum Contritionis præceptum præcedere, verum etiam Confeſſionis, de Iure diuino videtur apud D. Paulum 1. Cor. 11. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, ideſt quod nullum in ſe peccatum inueniat mortale, quod non fuerit legitimè confeſſum, atquè abſolutum; De Eccleſiaſtico verò iure, apud Sacr. Conc. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. vbi ſic habetur. Eccleſiaſtica conſuetudo declarat eam probationem eſſe neceſſariam, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati; quamuis ſibi contritus videatur abſquè præmiſſa Sacramentali Confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat, quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab ijs Sacerdotibus, quibus ex officio incumbuerit celebrare; hæc Sancta Synodus, perpetuò ſeruandam eſſe decreuit, modo non deſit illis copia Confeſſoris, quod ſi neceſſitate vrgente, Sacerdos abſquè præuia confeſſione, celebrauerit, quàm primum confiteatur. Et ſi peccatorum confeſſio ante SS. Euchariſtiæ ſumptionem, requiritur, vt ſupra teſtatum eſt, requiritur etiam (per Diuum Auguſtinum ſerm. 252. de tempore) eorum ſatisfactio dicentem. Fratres chariſſimi, vnuſquiſque conſideret conſcientiam ſuam, & quando ſe aliquando crimine vulneratum eſſe cognouerit, prius orationibus, ieiunijs, & Eleemoſinis, ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, & ſic Euchariſtiam præſumat

acci-

Digitized by Google

accipere. Et D. Ambr. lib. 2. de Pœnitentia diſt. 1. cap. Nonnulli. valde eos reprehendit, qui ſtatim poſt confeſſionem, non dum, ſcilicet peracta grauium criminum penitentia, ad Euchariſtiæ ſumptionem accedunt. Inquit enim, nonnulli ideò poſſunt penitentiam, vt ſtatim ſibi reddi communionem, velint hi non conſcientiam non exuunt, Sacerdotis induunt. Præceptum eſt Matt. 7. Nolite ſanctum dare canibus, neque miſeritis margaritas ante porcos, nimirum peccatores. Et D. Greg. Ceſarienſis. Non ſolum, inquit, penitentia ante SS. Euchariſtiæ ſumptionem, vbi adſunt peccata, neceſſariam, poſt confeſsionem eſſe, teſtatur. Verum etiam quibus modis quouè ritu, illa perageretur. Quæ ſententia in lib. loculento patet, quem Gregorius Niſcæ Epiſcopus, ſcripſit.

Secundò in grauiſſima neceſſitate Reip. tàm temporali, quàm ſpirituali, puta tempore famis, belli, peſtis, hæreſis, aliorumq; huiuſmodi. Nauar. cap. 1. num. 31. Sot. in Elect. 13. Adrian. ſent. 4. de Confeſs. verum, quod multi Sacri DD. volunt, hoc præceptum, tantum S. M. Eccleſiæ, obligare Prælatos, Papam, Cardinales, Archiepiſcopos, &c. Vnde hic dicendum eſt, vt etiam ſupra diximus, quẽlibet lethale peccatum habentem conteri debere. Et probatur primò è ſupra dictis Sacris Doctoribus. Secũdò, quod omnis, debet iram Dei placare, ſed Deus prò noſtris irritatur peccatis. iuxta illud Deuter. 28. Si non cuſtodias, & facias mandata Domini Dei tui, apprehendant te maledictiones iſtæ. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, tradet te Dominus corruentem ante hoſtes tuos, domum ædifices, & non habites in ea, filios generabis, & filias, & non frueris eis. Et Eccleſiaſt. 40. Mors, ſanguis, contritio; romphea, oppreſsiones, fames, flagella ſuper iniquos creata ſunt; propter illos factus eſt catachyſmus, vniuerſale iudicium; ergo ſi propter peccata veniunt aduerſa, vnuſquiſq; ipſa habens, iram Dei placare debet: ipſa mala non mittentem, vt viri fecerunt Niniuitæ, qui ſtatim Prophetæ Ionæ vocem audiẽtes, adhuc quadraginta dies, Niniue ſubuertetur, prædicauerunt ieiunium, ac veſtiti ſunt ſaccis à maiore, vſq; ad minorem, pro quibus bonis operibus, miſertus eſt Dominus populo ſuo, vt Sacra canit Scriptura Ionæ 3. 17

Tertiò. Quando quis aliquem vult exercere actum, in quo 18

exercendo, diuina indiget gratia ad animæ propriæ ſalutem, vel proximi, vtquè raperetur ad martyrium, vt de D. Stephano primo Chriſti martyre clarum habemus exemplum. actorum 7. qui in martyrio conſtitutus, pro ſe, ſuiſquè offendentibus orabat. Poſitis autem genibus, (inquit textus) dicebat. Domine Ieſu accipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatum.

19 Similiter. Quando aliquam rem difficilem aggreditur, vt de Iudith clarè patet. cap. 13. circa Holofernis capitis truncationem, quæ de columna pugionem accipiens: cum lachrymis orans, labiorumque motu, in ſilentio, ſic ad Dominum omnium rerum opificem loquebatur dicens. Confirma me Domine ex hac hora.

20 Quartò. Quando iam retro facta peccata in mentem veniunt, etiam ſi remiſſa eſſent, ac confeſſa, ſed hoc non practicè, vt quidam volunt, ſed quando cum aliqua veniunt tentatione, qua quis expertus eſt, ipſam vincere non poſſe, abſquè præuio dolore, de iam commiſſis peccatis. Hoc multi graui Doctores, ſpectabiliter Gl. in cap. Ille Rex in verb. Conſcient. diſt. 3. in his vero quatuor temporibus ſuperius prænotatis, quilibet, mortale peccatum habens, tenetur ſecundum veram doctrinam, de illo cònteri, non autem confiteri, bonum, & pium eſt, vtrumque ſeruare actum, ac aliquando in aliquis Sacr. Scripturæ locis ad plura videtur tempora obligare, vt ſpecialiter patet Pſalm. 104. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. Pſalm. 50. Peccatum meum, contra me eſt ſemper. Contra me (vt exponit Auguſt. lib. Eccl. cap. 5.) nimirum. de propitiato peccato, noli eſſe ſine metu, & ne differes de die in diem. Immò in c. 3. Qui amat periculum: peribit in illo; intelligi debent, ſecundum multos ſcilicet ſcripturæ expoſitores præcipuè per prædictum D. Auguſtinum lib. de vera, & falſa Pœnitentia cap. 9. de conſilio, & Pœnitentiæ habitu, non autem ex diuino, vel humano præcepto, vt de cęteris in opere contentis.

21 Differt habitualis Pœnitentia ab actuali, in perſonis, quoniam habitualis Pœnitentia ad iuſtos, & peccatores pertinet ſimul. Vnde iuſti tenentur odio habere peccatum, ac firmum habere animum non peccandi, atque aliena peccata lugere; Actualis verò ad peccatores tantum, quoniam ipſi ſoli lachrymari debent, & actualiter de proprijs dolère peccatis; vnde de proprijs lugere, & pœnitère peccatis, Pœnitentiæ actualis eſt actus, & virtus.

Digitized by Google

tus. Lugere verò pro alienis, Miſericordiæ, actus eſt: ad habitualem pœnitentiam pertinentis; lugere verò, pro bonis æternis dilatis, tertius eſt actus Beatitudinis, de quo ſaluator loquitur Matt. 5. c. Beati, qui lugent, &c. Erit enim infra dicendum, quod non ſolum peccatori, vna penitentiæ pars ad ſalutem neceſſaria eſt, verum etiam omnes tres illæ, habitualis, nimirum, Actualis, ac Sacramentalis; habitualis, omnibus ſimpliciter eſt neceſſaria. videlicet tam iuſtis, quàm peccatoribus, vt ſupra Chriſtus Ieſus dixit. Niſi Pœnitentiam habueritis, &c. Actualis verò, ac Sacramentalis ſimul peccatoribus tantum opus eſt. Ipſi enim ſolum actualiter conteri debent, ſimulq; confiteri. iuxta illud Leuit. 5. Anima, quæ peccauerit, agat pœnitentiam. De qua ſatis melius quàm dictum eſt, in ſequenti opere erit dicendum peccatoribus puta, quę, & qualis ſit Pœnitentia ſancta, omnem ſanctam pœnitentiam includens, habitualem, ſcilicet Actualem, ac Sacramentalem, & quantum ipſi debent, ad ipſam Pœnitentiam operari, & facere diuinam conſequentem gratiam, & Charitatem, ad quam ab ea fuerunt creati. Iuxta illud D. Pauli 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem ſui nominis venire.

Pœnitentia ſancta, omnem ſanctam pęnitentiam includens, qualis ſit?
Caput III.

POEnitentia ſancta, omnem ſanctam pœnitentiam includens, 22
ac peccatoris animam ſanctificans; Eſt maximum odium peccati, fletus, & dolor cordis, voluntariè ſumptus prò peccatis; quatenus ſunt offenſa Dei, cum ſpe veniæ, & intentione confitendi omnia, & ſingula peccata ſua mortalia, habita debita diligentia, cum debitis circunſtantijs, tàm interna, quàm externa, tàm reſeruata, quàm non reſeruata vni Sacerdoti proprio bono, ſcienti ligare, & abſoluere, atquè faciendi pœnitentiam ab ipſo impoſitam: cum firmo propoſito, non ampliùs redeundi ad mortale peccatum; Iſta eſt ergo vera, ac Sanctiſſima Pœnitentia, quam omnis peccator habere debet: ſi vult ſaluari; ad quam omnes quatuor orationis cauſæ, quæ in qualibet, deberent eſſe perfecta oratione authorem ad vitam perducente æternam inueniantur, puta Efficiens, Formalis, Materialis, ac Finalis; Cauſa in peccato-

re efficiens, in ipſis continetur verbis, quę ſunt Plantus, & dolor cordis voluntariè ſumptus; Formalis, cum intentione confitendi; Materialis, prò peccatis; Finalis, quatenus ſunt offenſa Dei, cum ſpe veniæ; In qua diffinitione, clarè omnes tres illæ Chriſtianæ pœnitentiæ contineri videntur, quæ peccatori, abſolutè eſſent ad ſalutem neceſſariæ; Habitualis, dum dicitur maximum odium peccati, ac firmus propoſitus, non redeundi amplius ad mortale peccatum; Actualis, dum dicitur, plantus, & dolor cordis voluntariè ſumptus; Sacramentalis, dum dicitur cum intentione confitendi omnia, & ſingula peccata ſua mortalia, habita debita diligentia, cum debitis circumſtantijs, tàm interna, quàm externa, tàm reſeruata, quàm non reſeruata, vni Sacerdoti proprio bono ſcienti ligare, & abſoluere, atquè agendi pœnitentiam ab ipſo impoſitam, quæ ordinatè tali pœnitentiæ Sacramento currunt, quod formaliter in ipſa continet abſolutione, quam Confeſſarius, pœnitenti contrito præbet; Igitur ſi diffinitio iſta omnes, apud ſe, illas quatuor orationis cauſas continet, quæ in qualibet perfecta deberent eſſe oratione authorem, ad vitam perducente æternam, ac omnes tres illas Chriſtianas pœnitentias, (habitualem ſcilicet Actualem, ac Sacramentalem, verè canere poſſumus; vera eſt, ac perfectiſſima diffinitio, omnes diffinitores, diuerſaque dubia, quæ ſuper hanc Chriſtianam pęnitentiam oriri poſſunt: breuiter, faciliterq; reſoluit, inſequenti opere, viginti vno numero diuiſa) qui vnus, ſine altero, nihil ſpei, tribuit ad ſalutem; quorum primus eſt, maximum odium peccati; 2. Fletus; 3. dolor cordis; 4. voluntariè ſumptus; 5. prò peccatis, quatenus ſunt offenſa Dei; 6. cum ſpe veniæ; 7. cum intentione confitendi; 8. omnia; & ſingula peccata; 9. ſua; 10. mortalia; 11. habita debita diligentia; 12. cum debitis circumſtantijs; 13. tàm interna, quàm externa; 14. tàm reſeruata, quàm non reſeruata; 15. vni; 16. Sacerdoti; 17. Proprio; 18. Bono; 19. Scienti ligare, & abſoluere; 20. atquè agendi pœnitentiam ab ipſo impoſitam; 21. & vltimus, cum firmo propoſito, non redeundi amplius ad mortale peccatum.

23 I: Requiritur ad veram Chriſtianam pęnitentiam, maximum odium peccati, quoniam dum peccatum, diuinam offendit bonitatem, quæ eſt, ſuper omnia amabilia, amabilis, ac deſiderabilis, prò illius annullatione contraria requiritur diſpoſitio, quo-

niam

Digitized by Google

niam contraria, contrarijs curantur; Odium, quod eſt ſuper omnia amabilia amabilis, ac deſiderabilis; tale odium in peccatore requiritur ſi vult ſaluari, atq; diuina frui Eſſentia; vnde Sacri Doctores omnes de contritione loquentes, peccatorem ad gratiam & charitatem perducentem æternam; inquiunt. Pœnitentia vera, eſt maximum odium peccatorum conceptum; Et probabiliter non poteſt quis altero offenſo ſatisfacere, donec ſibi offenſa diſpliceat; ſic eodem modo pro peccato, non poteſt quis Deo offenſo ſatisfacere, donec voluntas per actum peccato contrarium, ipſum aufugiat; oportet itaque, quod offenſa facta Deo, ſibi diſpliceat. Igitur ſi quis peccator perfectam deſiderat habere contritionem: ipſum ad gratiam, & Charitatem perducentem æternam, magnoperè oportet, quod ſuum diſpliceat peccatum, quoniam eſt offenſa Deo ſummo bono facta. Summum odium, eſt ſummum doloris ſignum; nam ſicut illud, quod ſummè placet, ita illud, quod ſummo odio habetur; ſummè diſplicet; itaque ſummum odium de peccato oportet habere homo peccatorum, & conſequenter clarè patet, quod ſummum de peccatis odium in Chriſtiana Pœnitentia, neceſſariò requiritur, ſed hoc ſeruare, ac facere non ſufficit, ſed requiritur fletus.

Secundò. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam fle- 24
tus, quoniam vera pœnitentia pro redimendis peccatis (ſecundum Diuum Gregorium, ac Diuum Ambr. de Pœnitentia diſt. 3. cap. hæc de Charitate. Eſt peccata plangere, & plangenda, non committere; ideſt actualiter plangere, vt principio cap. 2. dictum eſt; Nam quamuis fletus iſte externus, ad ſalutem non ſit ſimpliciter neceſſarius, cum tantum in membris conſtaret exterioribus; in oculis nimirum, & non in Intellectu, ac voluntate ſimpliciter ad ſalutem neceſſarius, nihilominus dolorem ipſum intrinſecum, ac intellectualem ſimpliciter ad ſalutem neceſſarium, indicat, fauet, adiuuat, & conſeruat; cum lachrymæ ſint ſigna doloris interni pœnitentis habiti, & conſeruati, vt de eo ſępius in ſacris eloquijs habetur mentio. Pſalm. 18. Exitus aquarum, deduxerunt oculi mei. Pſalm. 6. Laboraui in gemitu meo. Sordentem animæ veſtem, lachrymæ lauant, ac dant illis, remiſſionis candorem. D. Chriſoſtomus de pęnitentia, vbi fuerunt lachrymæ, ibi ſpiritualis ignis accenditur. D. Aug. de ſalutis documento; Oratio, Deum lęnit, lachryma, cogit. Diuus Hieronymus

ſuper

Digitized by Google

ſuper Iſaiam. Lachrymæ pœnitentium, ſunt recordationis iucunditas, ac ſerenæ conſcientiæ ſuauitas D. Bern. ſerm. 33. ſuper Cant. Fletus, eſt cibus animarum, ſalus peccatorum, lauacrumquè culparum. Caſſid. ſuper Pſalm. 41. Luctum vnigeniti, fac tibi, Ierem. 6. Ex quo dicebat D. Aug. tract. 44. in Ioan. [Si quis plorat corpus, ex quo diſceſſit anima, cur non animam, ex quà diſceſſit Deus?] Et S. Mater Eccleſia fideliſſima omnium Theologorum magiſtra, nobis oſtendere volens, quod lachrymæ ſint ad ſalutem noſtram neceſſariæ, ſic iubet in Breuiario, nos cànere; Omnes, pro indulgentia, vocem demus cum lachrymis immò ſi reſpicis, Deus, lapſi ſtabunt, fletuque culpa ſoluitur, & propter hoc ad veram Chriſtianam penitentiam, fletus requiritur, ſed hoc ſeruare, ac facere, non ſufficit, ſed requiritur item dolor Cordis.

25 Tertiò. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam dolor cordis, quoniam duplex eſt dolor, puta dolor corporis, & ſenſus dolor animæ, & rationis; dolor corporis, & ſenſus eſt ſolum in membris; dolor Animæ, & rationis, eſt ſolum in corde; dolor corporis, & ſenſus, eſt de malo præſenti, ideſt propter infirmitatem, vel alio malo, quæ homini accidere ſolent; ſed dolor, qui eſt in corde: eſt de malo præterito, ideſt propter peccatum, ac Dei ſummi boni offenſam; nam quamuis anima noſtra corpori infuſa, tota ſit in toto corpore, ac in qualibet corporis parte tota cum omnibus ſuis potentijs, viribuſquè naturalibus; nihilominus in corde operatur principaliter. D. Thomas 3. p. q. 90. Cor eſt principium virium vitalium, à quo omnes noſtræ operationes exeunt, ac vim habent. Peccatum eſſe non poſſe, inquit D. Aug. ſerm. de tempore. Niſi cordis radice produceт. immò in ſermone 21. de verb. Domini latro timet malum, & vbi non poteſt non facit, & tamen latro eſt Deus enim cor reſpicit, & non manus: nullum opus non corde mediante completur. D. Chriſoſtomus hom. 4. de Penitent. immò in eodem loco. Cor cogitando tenetur in crimine, licet corpus videatur immune ab opere. Dauid Pſalm. 47. Et dixi, hi ſemper errant corde, & Chriſtus, apud D. Matthæum, cap. 15. Ex corde exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, Adulterium, &c. igitur ſi peccatum eſſe non poſſet abſquè corde, neque etiam bonum, abſque illo, quoniam D. Gregorius inquit. Non attendit Deus verba depræcantis, ſed cor orantis. Et D. Pau-

Digitized by Google

lus ad Eph. 3. Chriſtum habitare per fidem in cordibus noſtris, immò ad hebræos c. 13. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus; volens peccatori tale in ſeipſum oſtendere, neceſſarium eſſe, ſcilicet cordis dolor. ſic per Ioelem Prophetam inquit cap. 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: & propter hoc ad veram Chriſtianam penitentiam dolor cordis requiritur, ſed hoc ſeruare, ac facere, non ſufficit, ſed requiritur dolor voluntariè ſumptus.

Quartò. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam, dolor voluntariè ſumptus, quoniam ſi numero præcedente, peccatum eſſe non poſſet abſq; corde, vt iam dictum eſt; neque eſſe non voluntate complacẽte, quoniam peccatum in voluntatis complacentia conſiſtit ad actum malum; nam quamuis anima noſtra ſtatim corpori infuſa tres habet potentias, Memoriam ſcilicet Intellectum, & Voluntatem; Nihilominus, ipſarum nulla dicitur peccare, niſi voluntas, tanquam de multis membris cor. Nam quamuis memoria Intellectui obiectum recolat, Intellectus rationem voluntati, nimirum. Quare hoc, vel illud facere debet; attamen voluntas ob tantam libertatem, quam in ſe habet, velle poteſt, vel non velle illud, quod ſibi per Intellectum præſentatum fuit, ſed ex ſua propria temeritate, ac malitia certa terminat, ac dicit volo, & id quod vult, adimplet. Rea lingua non fecit. D. Aug. inquit ſerm. 8. de verbis Domini. Niſi rea mens. ita in hom. ſuper Epiſt. Canonicam D. Ioannis. Non eſt conſiderandum, quod homo facit, ſed quo animo, & voluntate facit. Tale erit opus tuum, qualis erit intentio tua. Iſid. in ſuis Colloq. Ceſſet voluntas propria, & non erit Infernus, in quem enim ignis ille, niſi in propria voluntate. D. Ambr. in ſerm. de Reſurr. Quo animo quiquè faciat, & non quò caſu vtatur; ad rem pertinet. Cicer. de noua Vect. Nihil peccant oculi, ſi non oculis animus imperet. Ver. & Iuuen. in ſatira ſua 3. has patitur pœnas peccandi ſola voluntas; ergo ſi peccatum eſſe non poſſet voluntate non complacente, neq; etiam bonum peccatum ipſum remittens abſque illa tanquam de corde dictum eſt. Quoniam curatio, & languore ſpirituali, qui incurritur per ipſum actum, conſiſtit in diſplicentia eiuſdem actus; hæc diſplicentia, eſt voluntatis dolor voluntariè ſumptus, quoniam D. Aug. inquit cap. 17. vt etiam habetur in cap. Nullus de Pœnitentia cap. 7. Arbitrij voluntatem quærit Deus, vt delere poſſit 26

com-

Digitized by Google

commiſſa, non neceſſitatem, ſed Charitatem, non timorem, ſed Amorem. & propter hoc ad veram Chriſtianam pęnitentiam, requiritur dolor voluntariè ſumptus, ſed hoc ſeruare, ac facere non ſufficit, ſed requiritur prò peccatis, quatenus ſunt offenſa Dei.

27 Quintò. Requiritur ad veram Chriſtianam pęnitentiam dolor pro peccatis, quatenus ſunt offenſa Dei, quoniam ſi quis de ſuis dolet peccatis propter Inferni, vel Purgatorij, vel humanarum legum pœnas ſimpliciter ad nullam ei illa pęnitentia proſit gratiam, & charitatem, quoniam non ſufficit illa à ſe eradicare peccatum, & gratiam, & charitatem conferre: hęc eſt enim omnium Theologorum, Canoniſtarumque ſententia; Et probatur. Si quis de ſuis peccatis dolet, ac malum non agit propter Inferni, vel Purgatorij, vel humanarum legum pęnas ſimpliciter, ſignum eſt euidentiſſimum, quod Iuſtitiam non diligit, & qui Iuſtitiam non diligit, non eſt Iuſtus, & qui non eſt Iuſtus, non ſaluatur; ergo à primo ad vltimum. hanc rationem ponit D. Aug. ſup. in Pſal. 108. dicens. Qui verè timore pœnæ, & non amore Iuſtitiæ opus legis facit, inuitus facit; ideo ſi poſſit, mallet vtique non iuberi, ac per hoc legis non eſt amicus, ſed potius inimicus, nec mundatur opere, qui immundus eſt cogitatione, & voluntate. Non negatur, quod Inferni, vel Purgatorij, vel humanarum legum timor non ſit bonus, quantum ad primum; de quo Pſalm. 100. inquit. Initium Sapientiæ eſt timor Domini. atq; Eccleſiaſt. cap. 1. Timor Domini expulit peccatum, nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari: ſed non eſt bonus quantum ad finem, puta finem vltimum, ponendo in illo, ſed paſſiuè in bonis incipere operari operibus, ac illa actiuè finire, ſcilicet ad bonum incipere operari propter Inferni, vel Purgatorij, vel humanarum legum pœnas, & propter diuinam dilectionem, illud Finire eumdem effectum, opus illud habet in gratia, & Charitate Dei, quale habuerit, propter diuinam dilectionem inceptum, nam quamuis in tali boni operis principio, Amor filialis non fuit, ac Dei dilectio, vt eſſe deberet ad filialem tranſit Amorem, ac dilectionem, & facienti proſit pro ſuorum delictorum remiſſione, & ſalute, quoniam peccator non ſemper de ſuis peccatis dolet, quatenus ſunt offenſa Dei, ſed aliquando per gradus: præcedit enim motus timoris motu ſpei; ſed ſi idem remanet num. motus, nulli ipſius facientis ſaluti, ac remiſ-

ſioni

Digitized by Google

ſioni peccatorum prodeſt; quoniam D. Aurelius Auguſtinus (vltra quàm ſupra teſtatum eſt) inquit; ſunt enim quos peccaſſe poenitet propter ſupplicia: iſta Pœnitentia non eſt in Charitate munita, ſed ſterilis, ac ſine miſericordia, hæc non purgat conſcientiam, non lauat crimina, in hac nulla eſt ſpes veniæ, nulla expectatio Indulgentiæ: vtilis eſt, ſi ſit ſpontanea, Dominum quærens, quem amiſiſſet: dolet, ad illum anxians; propter quem non eſt vita. & propter hoc ad veram Chriſtianam pœnitentiam, dolor pro peccatis requiritur. Quatenus ſunt offenſa Dei, ſed hoc ſeruare, ac facere non ſufficit, ſed requiritur cum ſpe veniæ.

Sexto. Requiritur ad veram Chriſtianam penitentiam cum ſpe veniæ, ideſt vt in peccatore ſpei reperiatur virtus, quæ eſt eſſentialis contritionis; nam aliter nulla ei proſunt multæ, diuerſæque pœnæ corpori ferenti ſuo pro ſuis commiſſis peccatis, quatenus ſunt offenſa Dei, ſi de eis dubitat à Diuina gratia obtinendi Miſericordiam, ſicut ille verebatur Rex Antiochus, quando in multis conſtitutus periculis, & miſerijs ad Dominum orabat, dicens. Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, ac mortale non paria Deo ſentire, & quia de diuina heſitabat gratia, non fuit à diuina exauditus miſericordia; Orabat autem hic ſcelestus (inquiunt Sacri Epitalamij Machabeor. cap. 9.) Dominum à quo non erat miſericordiam conſequuturus; atquè in illo proditore Iuda; cui propter iuſti ſanguinis traditionem, pœnitentia ductus, dixit. Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum, vt apud Matth. cap. 26. per ſe patet. Quæ proditoris penitentia non erat cum ſpe veniæ à Diuina gratia, ſed propter tantam diſperationem, quę eſt contra Diuinam gratiam per D. Ioannem cap. 6. dicentem. Qui venit ad me, non eijciam foras; Vnde D. Ambr. de Pœnitentia cap. Nemo. nobis volens oſtendere, quod talis Iudæ, Regiſq; Antiochi pœnitentia mala fuiſſet, & quod nos mortalia habentes peccata, perfectam non poſsimus pro illis pœnitentiam agere, niſi prius de illis Miſericordiam, à Diuina gratia, ſperemus obtinere. Sic ait Nemò poteſt perfectam agere pœnitentiam, niſi prius ſperauit indulgentiam. Et propter hoc, ad ueram Chriſtianam pœnitentiam cum ſpe ueniæ requiritur, quoniam ultra quàm ſupra teſtatum eſt per D. Ambr. in multis alijs ſcripturis habetur ſententia, quod talem nimirum ſpem, ac fidem firmam debemus in noſtra penitentia habere, ſi per eam uolumus à diuina gratia miſericordiam obtinere,

re, ſit apud tres uidere eſt principaliter, puta, ideſt apud D. Paulum Hebræorum 4. dicentem. Adeamus cum fiducia ad thronum Dei, vt Miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio, & opportuno. 2. apud ſereniſſimum Dauid Pſalm. 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino. 3. apud Diuũ Marcum cap. 11. Omnia, quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & inueniet vobis; ſed hoc facere, ac ſeruare non ſufficit, ſed requiritur cum intentione confitendi.

29 Septimò, Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam (cum intentione confitendi) quoniam in lege Euangelica contritio præceptum includit ſubijciendi ſe clauibus Eccleſiæ, videlicet
30 peccata, poſt Baptiſmum commiſſa, Sacerdoti confitendi iuriſdictionem habenti, vt clarè patet principaliter apud Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 6. Sotum 4. diſt. 17. q. 2. art. 1. & diſt. 14. q. 1. art. 3. verſ. 1. num. 10. Verum, quod quamuis melius ſit, ſemper actualis, ac formalis peccata commiſſa confitendi intentio, quod eſt, quandò quis ſe dolet de iam commiſſis peccatis, ac tunc actualiter, ac formaliter de Confeſſione meditans, ei ſufficeret nihilominus virtualis, ac implicita confitendi intentio in ipſa prima continetur voluntate, puta remedia adhibendi, vt cum Deo bono infinito reconcilietur per merita Chriſti. Ac probatur, Meritum Chriſti, quod peccatori poſt Baptiſmum remanet, non eſt aliud, niſi Pœnitentiæ, & confeſſionis Sacramentum, ac de facto contingere peccatori poteſt, quod ipſe nimirum de his dolet peccatis, non tamen actualiter, ac formaliter de confeſſione meditans; ſed virtualiter illam includens; nam ſecus ad nullam peccatorum ſalutem, & remiſſionem contritio ipſa valet, ſi nullatenus hanc virtualem, atq; implicitam, peccata commiſſa confitenda non haberet, quoniam tantum peccatori remittuntur per contritionem peccata, in quantum ipſe hunc habet animum, atq; voluntatem, ipſa Confeſſori, eius copia habita confiteri. Vnde de peccatis commiſſis poſt Baptiſmum Confeſſio ſimpliciter, & abſolutè ad ſalutem eſt neceſſaria, & oppoſitum tenere, hæreticum eſſe ab omnibus Sacris DD. affirmatur, & hoc ſpecialiter patet per Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. ac ſi aliquando in aliquo Sacræ Scripturæ loco, in vtroq; Iure, vel à Doctoribus reperiatur, Sacramentalem Confeſsionem non eſſe ſimpliciter ad ſalutem neceſſariam mortali peccato ſuppoſito; intelligi debent ante huius

Sacramenti inſtitutionem; nam quamuis Diuo Petro Apoſtolorum principi, Magdalenæ adulteræ, Matthæo, Lazaro, bono Latroni, cæteriſque temporibus ipſis ſic fuerunt peccata remiſſa, puta, abſque in re, vel in voto, confeſſione; quoniam tunc non erat talis confeſſio Sacramentalis facienda inſtituta, atque ordinata; nam talis Sacramentalis confeſſio facienda, neceſſariò poſt Chriſti SS. Reſurrectionē, inſtituta fuit, & ordinata, quando ſcilicet Chriſtus ipſe ianuis clauſis, intrauit ad diſcipulos ſuos, dicens eis. Pax vobis; accipite Spiritū Sanctū, & quorū remiſeritis peccata remictūtur eis, & quorū retinueritis, retēta ſunt, vt videre eſt Io. 20. Et quādo ſupradictis nimirū D. Petro, &c. peccata fuerunt remiſſa, ante ipſius Sanctiſſimi Ieſu Chriſti mortem, ac paſſionem fuit; Ex qua cauſa magnus tumultus inter Iudæos erat, dicentes. quis eſt iſte, qui etiam peccata remictit? Nunc autē Catholica eſt Concluſio, quod nullus poſt Baptiſmum mortale peccatum habens, ſaluari poteſt, abſque in re, vel in voto, confeſſione. Dicitur in voto, quod quando quis verè, realiter, actualiter, ac formaliter confiteri non poteſt, & hoc vel quia mors repentè venit, vel quia Confeſſorem non habet ipſe peccator, vel quia loquelam, rationiſque vſum perdidit; ei tunc bona ſufficit confitendi voluntas; ad impoſſibile namquè nemo tenetur, nequè abbreuiata eſt manus Domini, vt ſaluare nequeat; neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat, vt Euangelicus Propheta prædicat 59. capite; ſed cùm confiteri poſſit actualiter, ac formaliter, tunc abſolutè, & ſimpliciter ad ſalutem eſſet neceſſaria Sacramentalis confeſſio, vt dictum eſt ſupra. Et ſi quis diceret? Pater, ſi iam peccata commiſſa ſunt per contritionem, & confeſſionem in voto remiſſa, & gratia præbetur diuina, iuxta illud Ezechielis 18. In quacunque hora homo conuertitur ad Deum, conſequitur gratiam, ſitquè etiam cum ea pœnæ remiſſio, & interdum tanta poteſt eſſe intenſa contritio, quòd totam poſſit peccati maculam radere, quo caſu tota remitteretur pœna etiam temporalis, quę fortaſſe in Purgatorio erat toleranda, vt manifeſtè videtur in cap. Si quis 23. q. 4. ac etiam apud Nauar. de Iubil. & Indulg. Not. 16. & 3. peccata ſemel remiſſa non redeant amplius, nec quò ad auerſionem à Deo, & conuerſionem ad creaturam, neque quò ad reatum pœnæ, nequè quò ad maculam, nec deniquè quò ad aliquid peccati præuidentis; quoniam actus in idem numero redire non poteſt,

teſt, niſi iterum fiat ; cur ergo opus eorum eſt Sacramentali confeſſione?

30 Reſpondeo, quod quamuis homo ſciat certo peccata ſua remiſſa eſſe, ipſumque in gratia, & charitate conſtitutum propter Contritionem, & Confeſſionem in voto, vt dictum eſt; etiam videtur hoc eſſe D. Thomæ 3.p. q.6. art.1. diſt. 11. adhuc tenetur confiteri Confeſſionis tempore adueniente tàm à Deo, quàm à Sancta Matre Eccleſia ordinato, quod ſi non confiteretur, cum poſſit, mortaliter peccaret, & ſi tunc ex hac vita migraret ſtatim in Infernum ingrederetur, quoniam Confeſſionis præceptum, quod fuit in voto cum Contritione, non adimpleuit; ad cuius obſeruãtiam de Eccleſiaſtico Diuinòque Iure obligatus eſt. Si cõfitemini peccata veſtra, Deus fidelis eſt, vt remittat vobis. Ioannis 1. Confitemini alter alterius peccata veſtra, vt ſaluemini. Iacobi 5. Non poteſt quis à peccatis iuſtificari, niſi prius fuerint confeſſa. D. Ambr. de Parad. Qui promereri vult, quod expedit, debet peccata commiſſa confiteri. D. Greg. in 40. ſerm. Non meretur iuſtificari, qui in vita ſua noluit peccata confiteri, quæ fecit. D. Aug. de Pœnitentia. Et Spiritus Sanctus prouerbiorum 28. Qui abſconderit ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, ac reliquerit ea, miſericordiam conſequetur, & propter hoc ad veram Chriſtianam pœnitentiam confitendi intentio requiritur, ac Confeſſionis tempore adueniente confiteri; ſed requiritur omnia, ac ſingula peccata, coram Sacerdote confeſſario propalare.

31 Octauo. Requiritur ad veram Chriſtianam Pœnitentiam omnia, & ſingula peccata confiteri, quoniam ſi quis peccator in confeſſione, vel contritione, non intendit de quolibet conteri, & confiteri peccato mortali, quod habet, vel habere intendit, nulla ei ſuorum peccatorum remiſſio, ac Dei gratia conſequitur, quamuis de cœteris omnibus habuerit dolorem magnũ, & confiteatur; quoniam ad veram Chriſtianam penitentiam, & confeſſionem omnia ſunt manifeſtanda peccata, quorum recordetur, vera adhibita diligentia, ac facta conſcientiæ examinatione; vnde inquit Angelicus Doctor 3. p. in Addit. q.2. art. 3. de Pœnitentia diſt. 3. c. Scelerator §. his. atque in cap. ſunt. [Requirit autem à nobis Deus integram contritionem, puta, cuncta prorſus abhorremus delicta: nihil nobis, quod non diſpliceat, ſeruando,

quem-

Digitized by Google

quemadmodum præceptum fuit, vt diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus; ita etiam præcipitur, vt toto corde conuertamur ad Dominum, cum nobis dicitur Ioelis 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, & toto corde non conuertitur is, qui vel ſibi aliquid perpetrando ſeruat delictum, vel cuncta iam commiſſa ſcelera pariter non deteſtatur; Verum eſt, quod quamuis melius ſit de ſingulis peccatis ſingulam habere deteſtationem, ac dolorem, videlicet quinquaginta habendo peccata, quinquaginta habere deteſtationes, ac dolores, vel maiorem de maiori, vel minorem de minori, vel bis, nimirum quando in mentem veniunt peccata, & quando ipſa actualiter, ac formaliter confitetur, non tamen neceſſariò, ſed tantum ad ſalutem, remiſſionemquè peccatorum vniuerſalem ſufficere deteſtationem, ac dolorem de omnibus habere peccatis, & non bis, ſed ſemel tantum, quando ſcilicet in mentem veniunt, vel quando ipſa actualiter, ac formaliter confitentur, & non tanta mora, ſed inſtātanea, ac momētanea; quilibet enim in ictu oculi ſaluari poteſt, ac damnari, & quamuis apud aliquos videatur oppoſitum, aientes, quod nemò repentè fit bonus, non eſt ſecundum veram ſacrorum DD. doctrinam, tenendum; nam aliter ſequeretur, quod contritio, vel eſſet impoſſibilis, vel tarda, quod eſt contra illud Deuter. 4. cumque quæſieris Dominum inuenies eum: Ezechielis 18. In quacūquè hora, ideſt momento, exponunt Doctores; Vnde Vig. in lib. de clauſtro Animæ. homini oſtendere volens, quantum ſuum cor poſſit in vno momento perficere, ſic inquit. [Plura machinatur cor vno momento, quàm omnes homines perficere poſſunt vno anno] quis enim de ſuperius dicto dubitat? Non eſt igitur tàm bonus, quà malus, mentis actus, quem quis citiſſimè habere poteſt, vt expertum eſt.

Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam de quolibet peccato Contritio, & Confeſſio; quoniam peccata mortalia, cum ſint omnia contra Dei Charitatem patrata, habent ad inuicem connexionem ex parte auerſionis, vt videre eſt principaliter apud D. Thomam 3. p. tit. 14. cap. 6. Sot. 4. ſent. diſt. 15. q. 5. art. 4. & remicti non poſſunt vnum abſque alio, & probatur, ideſt è ſupradictis Sanctis Doctoribus. 2. ex Ioannis 20. Totum hominem ſanum fecit in Sabbatho. 3. ex D. Auguſtino in cap. ſunt plures de pœnitentia diſt. 3. ſic habetur ſententia. [Aut Deus remi- 32

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ctit totum, aut nihil; quoniam impium eſt, à Deo dimidiam ſpe-
rare ſalutem; immò ſi peccata ſint mille, de omnibus oportet re-
pœnitere, quia docet nos Chriſtus Dei filius. Niſi de omnibus
poſſe ſanari, ſi non velle ex parte peccata reſeruari habente ſeptem
Dæmonia, manente vno, perficere poterat ſex epulis, expulit au-
tem ſeptem, vt omnia crimina ſimul eijcienda doceret, & propter
hoc ad veram Chriſtianam pœnitentiam omnia, ac ſingula de-
bent peccata confiteri, ſed hoc ſeruare non ſufficit, ſed requiritur
inſuper ſua peccata confiteri.

33 Nono. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam ſua
peccata confiteri, quoniam peccator non debet in confeſſione,
aliena peccata promulgare, vel aliquo modo facere, vt Confeſſa-
rius in proximorum peccatorum cognitionem poſſit venire; ſed
tantum ſua confiteri peccata. iuxta illud Pſalm. 31. Dixi confite-
bor aduerſum me; nam aliter grauiter, mortaliterquè peccaret, &
confeſſarius penitentem ipſum præuidens cupidum volendi no-
minare perſonas delictum cauſantes, vel per quas ipſe induxit, vel
à quibus ipſe inductus fuit, debet ſtatim occurrere, ipſumquè mo-
nère, ne illas enucleet perſonas, nè ipſe ſicut penitens grauiter
peccaret infamiæ peccato conſentiens. Eſt tam grandis famæ pro-
priæ, vel proximi conſeruatio, quod quilibet pœnitens poteſt,atq;
deberet peccatum aliquod, vel aliquam circumſtantiam neceſſa-
riò confitendam occultare, & non ſe, ac proximum diffamare;
exemplum. Si quis aliquem occidiſſet hominem, qui homo ab eo
occiſus Confeſſarij eſt Pater, vel frater, ac illam non poteſt expri-
mere confeſſionem abſq; Confeſſarij, vel ſui notabili damno, vi-
delicet ſi ipſe talem confiteretur occiſionem, ac homicidium, ſu-
ſpicaretur certè Confeſſarius, quod Pater ſuus, vel ſuus frater ab
eo fuerit occiſus, ac ſic grauiter peccaret confeſſarius ipſe, contra
ipſum vindictam quærens, vel odium portans mortale, vel ſi car-
nale cum matre, vel ſorore, vel cognata peccatum commiſit, vel
cauſa fuit, vt ab alio tale committeretur ſcelus, ac ipſe, vel mater,
vel ſoror, vel cognata ſunt Confeſſario noti, & cognationis pec-
catum confiteri non poteſt, abſquè ſui, vel mulieris infamia, in
his caſibus, & his ſimilibus quilibet pœnitens curare debet alter;
confeſſario commoditatem habendi ad confitendum, vel habitū
vel loquelam mutandi, quibus non poſſit ab eo confeſſario co-
gnoſci, & quando per iſta, ac ſimilia alius nequeat inueniri con-
feſſa-

feſſarius, quia eſſet in oppido, locopago, &c. in quo non reperi-
ur, niſi vnicus confeſſarius, ac pœnitens, vel eſſet fęmina, vel ini-
nicitiam habens capitalem, quod ad alium non poſſit pergere
confeſſarium, & de certò ſcit, quod ſi ſuum, vel ipſius circumſtan-
iam in confeſsione patefaceret, in graue damnum animæ, vitæ,
ionoris, tàm ſui ipſius, quàm tertiæ perſonæ vergeret: nullo mo-
lo tunc, etiam in mortis articulo, peccatum illud, vel ipſius cir-
umſtantiam in confeſſione prodire debet, ſed tacère cum ani-
no, ac voluntate illud, eiuſq; circumſtantiam (ceſſante neceſſita-
e) alio tempore confitendi. Et probatur, quoniam quamuis
Dominus noſter Ieſus Chriſtus peccatori confeſſionis præcepe-
it Integritatem, & quorum memoria habetur peccatorum,
tiam præcepit vitæ honoriſquè conſeruationem, vt videre quiſq;
oterit Eccl. 12. Curam habe de bono nomine. Et D. Bernardus
d comprobandum, quid (vt ſupra) tenendum in tali caſu, atque
bſeruandum ſit hoc modo alloquitur dicens. [Id; quod prop-
er Charitatem inſtitutum eſt, non debet contra charitatem mili-
are; Hæc eſt enim magis communis, ſanaquè doctrina ſpecialiter
er Doctorem Aquinatem 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. ad 5. Caetanum
ſumm. verb. Confeſſ. cond. x. Nauarr. cap. 7. num. 3. & cap.
onſiderat. num. 99. de Pœnitentia diſt. 5. Sot. 4. diſt. 18. quęſt. 2.
drianum 4. de Confeſſ. Sylu. eodem verb. 1. num. 6. §. 1. quod
ipra; nimirum erit ſemper à peccatore ſeruandum, quod proba-
ilitcr videtur, vt teſtatum eſt; ſed hoc ſeruare, ac facere ad veram
Chriſtianam pœnitentiam non ſufficit, ſed requiritur præterea
nortalia peccata confiteri.

Decimo. Requiritur ad veram Chriſtianam penitentiam 34
mortalia peccata confiteri); quoniam ſi quis pœnitens in con-
ſſione fabulas, vel ridiculoſa verba, aut aliquod non factum prò
eccato mortali confiteretur, aut laudes diceret, quæ in propri-
n tendunt honorem mundanum, & non in Dei honorem, ani-
æ propriæ, vel proximi, de quibus deberet eſſe confeſſio, grauì-
r peccat mortali culpa, & quàndo ſic diceret confeſſario, Pa-
r, ego ſum homo huius Ciuitatis nobilis, doctus, ieiuno bis in
bbatho, infra hebdomadam nimirum, decimas dò omnium,
æ poſſideo, &c. quoniam hæc eſt phariſeorum confeſſio, ac
enitentia, vt clarè patet Lucæ 18. Cuius damnationis eſt effe-
us, non autem ſalutis, & ſaluationis, quem effectum ipſa

Chri-

Chriſtianorum habet ſolum mortalia confitendo peccata, in Dei vergeret honorem, poſtea in animæ propriæ, proximiquè ſalutem, de quibus vera Pœnitentia, & confeſſio expectat peccatorem ad vitam perducendi æternam; Debet namque pœnitens ſua confiteri peccata, certa prò certis, dubia pro dubijs; vnde ſi ipſe mortale confiteretur peccatum, quod profectò non habet, vel habere ambigit, & illud tanquam certum confiteretur, peccat mortaliter, niſi bona confiteretur fide, putans ſibi licère ad eligendum tutiorem partem, vel ad ſanctitatem pertinère animæ ſuæ, & quoniam in opuſculo hoc ſemper curo oſtendere peccatori, quantum ſcilicet debet ſapere, atquè operari pro ſua ſalute, volo (priuſquàm ad alios tranſeam numeros ad Chriſtianam pœnitentiam neceſſarios) ei hic breuiſſimam, ac faciliſſimam regulam præbère ad inueniendum omne dictum, vel factum, vel Concupitum ſuum; quando nimirum mortale, ac veniale ſit peccatum, ne ipſe ad illud confitendum ignorantiam allèget, dicens, quod neſciat diſcernere inter lepram, & lepram, certa, ab incertis, &c.

35 Regula ſit, quod peccatum mortale nihil aliud eſt, quàm aliquid dictum, vel factum, vel concupìtum contra Dei, vel proximi charitatem; id enim quod, eſt contra Dei, vel proximi charitatem ſemper mortale eſt peccatum; nam Charitas, & mortale peccatum ſunt contraria directè, & immediatè; Charitas enim Deum, tanquàm vltimum finem reſpicit; peccatum verò mortale hominem ab hoc auertit fine, facitquè hominem pro ſuo vltimo fine creaturam eligere: ſic Blaſphemia eſt ex genere ſuo lethale peccatum; contrariatur enim directè, & immediatè Dei Charitati; Similiter Inuidia, quia contrariatur charitati proximi. Veniale verò peccatum ex genere ſuo dicitur illud, quod non eſt contra Charitatem, vt Inanis gloria de actu virtutis, quando ſcilicet in eo finis non ponitur, eſt ex genere ſuo veniale, quia directè non eſt contra charitatem Dei, nec contra charitatem proximi, ſed præter illam; ſicut ſi quiſpiam domum ſanctam lauretanam proficiſcens, diuerteret paululum à via recta eundo per agrum, ac tandem reuerteret ad viam; eſt etiam veniale peccatum illud, quod ex genere ſuo eſt mortale, quando ſcilicet ſuam vltimam non habet perfectionem, eò quod non peruenit vſque ad conſenſum; ſimilitèr illud, quod ex genere ſuo veniale eſt peccatum effici poteſt mortale propter aliquam circumſtantiam aggrauantem in

infi-

Digitized by Google

nfinitum; Dicitur igitur circumſtantia aggrauare in infinitum, quando directè eſt contra aliquod præceptum, ad mortale obligans peccatum, ſiuè ſit contra Dei, ſiuè ſit contra proximi Charitatem, ac talis circumſtantia dicitur peccatum trahere ad aliud peccati genus, ac eſſent omnes de ſalutis neceſſitate confitendæ puta aliquis plus comedit, quàm corpori ſuo eſt neceſſarium, hoc facere, ac ſeruare, non eſt aliud, niſi veniale peccatum; nam Gula, ſimpliciter loquendo mortale non eſt peccatum, ſed ſi hoc facit ad luxuriam enutriendam, jam peccatum illud, ideſt illa ciborum ſuperflua comeſtio, quæ ante veniale erat peccatum, aggrauatur in infinitum; quoniam meretur pœnam æternam, eò quod circumſtantia additur, quæ eſt contra præceptum Diuinũ. Non mœchaberis, ac trahit ipſum ad aliam peccati ſpeciem; nam potius eſt peccatum luxuriæ, quàm gulæ; actus enim vt dicitur in Phyſicis ſpecificantur ab objectis formalibus, ſeù motiuis; quando quis igitur vult ſua confiteri peccata: debet prius benè conſiderare, ſi ſint ex ſuis generibus mortalia, vel venialia, per ea, quæ dicta ſunt; ac ſi ſunt venialia cogitare, ſi aliquam habent circumſtantiam aggrauantem peccatum in infinitum, vel plures, quia omnes ſunt de ſalutis neceſſitate confitendæ, vt ſupra dictum eſt, atque in alio erit opere dicendum; ſi autem ſunt mortalia ex generibus ſuis, conſiderare, ſi circumſtantias habent peccata, ad aliud peccatorum genus trahentes; puta, ſi furatus eſt aliquid ſacri loci, nimirum Calicem, thuribulum, & quid ſimile de Eccleſiæ rebus; quoniam tunc peccatum illud, non ſolum eſt in furti ſpecie, verum etiam ſacrilegij; Similiter, ſi actus eſt indifferens, poteſt eſſe bonus, ac malus; conſiderandum erit, quo animo, qualiuè fuerit intentione? & conſiderandæ erunt circumſtantiæ, quibus actus trahi poteſt ad diuerſam peccatorum ſpeciem; Maximè autem aduertendum eſt in huiuſmodi negotio, de fine. Nam finis, vt habet D. Thom. 1. 2. quæſt. 18. art. 4. mouet Agentem, ac dat ſpeciem actibus mortalibus; per hæc enim dicta, pœnitens quilibet inuenire poterit omne dictum, vel factum, vel concupitum ſuum, quando mortale, & quando veniale ſit peccatum? Nam diſtinctione hac benè intellecta, ac Dei, & Sanctæ Matris Eccleſiæ præceptis rectè cognitis, ac memoratis, facilè, breuiterque inuenire poterit quiſquè, quando Ex: gratia, hypocriſia, iactantia, & ſimilia, veniale ſint peccatum, & quando mortale? quæ omnia ex fine,

 & alijs

Digitized by Google

& alijs circumſtantijs penſanda ſunt; cum ad veram Chriſtianam pœnitentiam omnia requiruntur peccata mortalia confeſſa; Dicitur, mortalia, quoniam venialia, bonum, piumquè eſt, illa confiteri, vt ſœpius homines timorati facere ſolent, non autem ex diuino, vel humano præcepto confiteri tenentur; ſiuè ſint mortalibus adnexa, ſiuè non, vt inquit præſertim Angelicus Doctor Aquinas in Addit. 3. p. q. 1. art. 3. ad 3. p. q. 67. Caet. q. 1. de Confeſſ. niſi in duobus caſibus.

36 Primo. Quando quis dubitat. An ipſa mortalia ſint peccata mortalia, vel venialia? quoniam tunc ipſe tutum ſe ponere debet in ſalutis ſtatu, & non dubioſè viuere, vbi de æterna agitur gloria, iuxta illud Spiritus Sancti Eccleſiaſtes 5. Iuſti autem in perpetuum viuunt, &c.

Secundò. Quando quis iurat, vel vouet, peccata ſua venialia in aliquibus confiteri temporibus, & quamuis apud aliquos videatur oppoſitum, dicentes, quod iuramenti, vel voti obligatio, non eſt maioris momenti, quàm Canonis, non eſt ſecundum veram doctrinam tenendum; quoniam iuramenti, ac voti obligatio præcipua eſt materia ſuper rogationis, puta de illa re, ad quam homo non tenetur, ac facit materiam, de non materia, ideſt, facit pro ſe præceptum, vbi præceptum non erat; vnde ſi quis iurat, vel vouet ſe aliquid facturum eſſe, ad quod prius per diuinum, vel humanum præceptum tenebatur; nullum votum, nullum iuramentum eſſe dicitur; nam votum, ac iuramentum de meliori intelligitur bono, ac per melius bonum, illud intelligitur, ad quod homo aliàs non tenetur per diuinum, vel humanum præceptum, vt dictum eſt. Non tenentur peccata venialia confiteri extra ſupra dictos caſus, ex præcepto ex duplici cauſa.

37 Primo, quia venialia ipſa peccata gratia, & Charitate non priuant animam; cum non ſint contra gratiam, & charitatem ipſam, ſed præter, vt dictum eſt ſupra, quæ ſolum ad aliquam temporalem pœnam ſoluendam hìc in hoc ſæculo, vel in Purgatorio obligant, modo, ſi abſquè mortali culpa ab hac vita diſceſſirunt homines, quod ſi cum mortali culpa, vtroquè æternaliter in Inferno puniũtur, & hoc contingit ſecundũ D. Thomã propter diuerſitatem fori, vt quanta fuerint peccata plura, atq; diuerſa, tantæ plures, ac diuerſæ infligantur pœnæ, & cruciatus, temporaliter, cum gratia, & charitate: æternaliter, ſinè charitate, & gratia.

Digitized by Google

Secundo, quia pro eis multa ſunt remedia, vt remittantur. quæ Sacramentalia appellari ſolent, remittantq; venialia ex impetratione Eccleſiæ, &c.

1. Per Aquam benedictam. cap. Aquam, de Conſecr. diſt. 2. 38

2. Per Epiſcopalem benedictionem ex communi Sanctæ Matris Eccleſiæ conſuetudine.

3. Per generalem Confeſſionem. Palud. 4. ſent. diſt. 6. q. 1.

4. Per Sacramenta, actuſquè virtutum. de Euchariſtia patet cap. vnico: de Extrema Vnctione cap. de quotidianis de Pœnitentia diſt. 3. & cap. Tres. de Pœnitentia diſt. 1.

5. Per Panem benedictum. Pius Papa ex D. Chriſ. Auguſtino in lib. 1. de Baptiſm. paruu. contra Donatiſtas.

6. Per vniuerſalem illam fidelium orationem, nempè Pater noſter. D. Auguſtinus in Enchiridion c. 7. de quotidianis diſt. 3. vbi habetur, quod in quotidianis, leuibuſq; peccatis, illa ſufficiat vniuerſalis fidelium oratio.

7. Per quoduis bonum opus. Caetanus, ſed non per bonum meritum noſtrum de condigno, ſed per meritum Chriſti. Petrus Sotus in 8. Elect.

8. Quando per ſupra dicta remedia hic in ſæculo, nō remittuntur: in Purgatorio condonantur per ardentem Charitatis actum, qui in anima toto illo tempore perſeuerat, quo exiſtit ipſa anima in illis purgatricibus flammis D. Thom. q. 7. de malo, art. 12. corpore, & in reſponſione.

9. In peccatorum venialium remiſſione gratiæ, & Charitatis Dei ſummi boni infuſio, non requiritur de nouo, neque ipſius augmentum. Et cauſa eſt; quoniam peccata ipſa venialia fierent præter Charitatem, non autem è contra, vt idem ſupra dictum eſt, quod quamuis ipſa peccata venialia ſic remittantur facile, atq; per multa remedia, vt ſupra, nihilominus timenda ſunt, ne inter venialia aliquod inter ponatur lethale peccatum, incauteq; homo incidat in tale mortiferum vlcus. Eccl. 27. Qui ſpernit modica, paulatim decidit. Et D. Gregorius vitaſti grandia, vide, ne obruaris arena, & alibi. Si iſta minima negligimus, inſenſibiliter adducti audacter maiora perpetramus, nam quamuis caniculus latret, & non mordeat, alium attamen excitat canem magnum dormientem, qui mordeat, ac deuoret. Fugienda ſunt etiam venialia peccata, non quia ipſa animam Deo inimicam conſtituant,

Digitized by Google

cum non poſſint eorum millia millium, vnum facere mortale peccatum: ſed quia Dei ſummi boni Charitatem obnubilant. Prò qua hic dicendum eſt, quod quilibet potius deberet eligere, nihil eſſe; quàm eſſe, & Charitatem obnubilare; quoniam quilibet plus Deum, quàm ſe, & ſe, in Deo; quàm ſe, in ſe diligere debet, cum illa ſit bonum ſuum maius, vt Aurea Roſa, inquit expoſitionibus Euangeliorum D. Matthæi. Quod in dies dicitur Palmarum; De veniali culpa, quis poterit eligere? De mortali videlicet, ſi quis potius eligere deberet nihil eſſe, quàm eſſe, & Charitatem obnubilare, quantò magis ipſam extinguere totam, ſicut puluis oculum. Fidelis quilibet in mentem habeat illam D. Greg. ſententiam ſuperius allatam. Vitaſti grandia: vide ne obruaris arena.

39 Eſt autem hic notandum, quod quando ſupra dicitur, quod mortale peccatum, nihil aliud eſt, quàm aliquid dictum, vel factũ, vel concupitum contra Dei, vel Proximi Charitatem, non intelligitur, quod ſint duæ Charitates, duæ dilectiones diſtinctæ, ſed vna integra, nam dilectio proximi, eſt dilectio Dei, quoniam vbi propter alterum (inquit Philoſophus) vtrobique tantum vnum. Et D. Aug. ſuper Epiſt. ad Galatas. Quis poteſt diligere proximũ, tamquam ſe ipſum, niſi prius Deum diligat? immò in cap. 9. ſuper Joannem. Qui ſanctè, ac ſpiritualiter proximum diligit, quid in eo diligit, niſi ſolum Deum? & Chriſtus, hoc ſic eſſe, oſtendit nobis per Matthæum cap. 25. Quod vni eorum ex minimis feciſtis: mihi feciſtis; ſed datur hic Charitas Dei, & Charitas proximi ad diſcernendum; quando nimirum peccatum directè eſt contra Deum, vt blaſphemia, periurium, votorum fractio, &c. & quando directè contra proximum, vt inuidia, furtum, homicidium, &c. ſed hoc ſcire, ac obſeruare ad veram Chriſtianam Pœnitentiam non ſufficit: ſed requiritur inſuper habita debita diligentia.

40 Vndecimo. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam, habita debita diligentia; ideſt, vt pœnitens, antequam ad Confeſſarij pedes, pro ſua facienda Confeſſione accedat, debet prius ſuã ſcrutinare, & examinare conſcientiam, nimirum memorię omnia, ac ſingula ſua peccata reducendo, eorumq; circumſtantias. Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 25. Tria meminiſſe opus eſt, quæ in omni opere perfecto concurrunt, iuxta illud Sapient. x1. Omnia, innumero, pondere, & menſura. Et primo peccatorum numerum

Pſalm.

Digitized by Google

Pſalm. 6. Lauabo per ſingulas noctes, ideſt ſingula peccata, lectū
meum, vt potè conſcientiam meam. Iſaiæ 18. Recogitabo tibi
omnes annos meos, ideſt omnia peccata mea; & Moyſen Deuter.
82 Memento dierum antiquorum, cogita cogitationes ſingulas, &
Salomon cap. 18. Ante iudicium, memorare iuſtitiam tuam, &
antequàm loquaris, diſce. Vnde D. Aug. talem debitum pecca-
tori neceſſarium eſſe, pro ſua facienda confeſſione ad obtinendū
per ipſam æternam ſalutem, ſic lib. de Pœnitentia. Conſidera
prius fili mi qualitatem criminis, in loco, in tempore, in præſen-
tia, cuius fueris ætatis, cuius Sapientię, cuius ordinis, qualis fueris
intentione. Et Iſib. in 4. oral. Codex rationum conſcribendus eſt,
hic codex conſcientia noſtra eſt, in hac peccata noſtra magna, ac
parua, tanquam in libro ſcribenda ſunt, atquè etiam ſingillatim
recenſenda; quod ſi quis pęnitens, non benè ſua examinata Con-
ſcientia, ac benè omnium ſuorum peccatorum excuſſione facta
aliquod mortale obliuiſcitur peccatum, vel veniale, quod mortale
eſſe putabat, vel ipſius circumſtantiam neceſſariò confitendam:
non ſolum confeſſio ſua, ac Penitentia ad nullam remiſſionem
ſuorum peccatorum operatur (iuxta illud Iacobi 2. Qui totam le-
gem ſeruauerit: deficeret autem in vno: factus eſt omnium reus,)
verum etiam in nouum mortale peccatum incidet: damnatio-
nemque æternam. Nam ſi homo pro vitę, honoris, diuitiarum-
què negotio adeò exactam adhibet diligentiam, quod interdum
ſe ducit inſomnem; maiorem igitur diligentiam adhibere debet,
vt omnia, ac ſingula peccata ſuę mandet memorię, vt ipſa, pro
ſuę ſalutis negotio, confiteatur. Et propter hoc ad veram Chri-
ſtianam pœnitentiam, debita requiritur diligentia, tempora, nimi-
rum loca, ac negotia, perſonas, &c.

Verum, quod ſi quis pœnitens in ſchedula peccata ſua ſcribit, 41
vt quidam faciunt, nihilominus hoc cautè faciendum erit, ſcilicet
ne peccata ſcripta ab alijs reperiantur per ea ſcandalizarentur, atq;
ipſis eſſent nota peccata, ſi ſchedula in qua ſcripta ſunt in terram
fortè caderet; ac proinde haberent claram peccatorum occulto-
rum cognitionem; ſed vt ſupra dictum eſt, ad veram Chriſtianam
pœnitentiam ſeruandam, & faciendam: minimè hoc ſufficit, ſed
requiritur pręterea. Cum debitis circumſtantijs.

XII. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam, (cum 42
debitis circumſtantijs) quoniam peccatori non ſufficit pro animę

Digitized by Google

ſuę beneficio, in Confeſſione dicere Confeſſario. Pater, ego cum muliere carnaliter peccaui, vel furtum commiſi, tot, & tot, vel hoc facere potui per quinque, vel quatuor vices, vel plus, aut minus; ſicut dicere tenetur ſecundum Sacros DD. ac ſpecialiter per Syluestrum verb. confeſſ. 1. num. 2. Nauar. in eodem verbo. c. 6. quando ſcilicet ſuorum peccatorum numerum, debita diligentia facta, atque excuſſione, de eis neſcit determinatum dicere numerum peccatorum, ſed neceſſarium eſt omninò pro ſua obtinenda ſalute, remiſſioneque peccatorum per confeſſionem exprimere confeſſario, cuius generis erat illa mulier, puta, ſi erat ſæcularis. an Deo voto ſolemni, vel ſimplici ſacrata, vel ſpiritualis filia facta ex Baptiſmo, vel pœnitentia? vel ſi erat conſanguinea, vel affinis, vel nupta? An actus peccaminoſus fuerit in vaſe debito, vel indebito, vel è contra, vtroquè in vaſe? vel ſi fuerit contactu ipſius pollutus? Similiter de furto, puta, Si furatus eſt aliquid loci ſacri, vì, minis, verberibus, contumelijs, homicidio, ſicquè in omnibus alijs circumſtantijs, vt Confeſſarius ipſe videat, vtrum in commiſſis peccatis, aliqua ſit circumſtantia, vel plures, peccatum, ad aliud peccati genus mutantes? quæ ſemper de neceſſitate ſalutis, ſunt confitendæ, vt idem ſupra num. 1. dictum eſt, niſi in caſibus, ac peccatis, quibus ſcandalum grande poſſet oriri, vt num. 9. adnotauimus.

43 Verum equidem quamuis in opuſculo ſœpius habetur, quod tantum neceſſarium eſt, circumſtantias confiteri, quæ peccatum ad aliud peccati genus mutant; attamen laudabile eſt multum illas etiam confiteri, quæ peccatum intra eamdem ſpeciem augent, vel ex magno faciunt maximum, puta furtum ducatorum decem mortale eſt peccatum; centum, mortale eſt peccatum; in his caſibus, & his ſimilibus, quamuis ad pœnitentis ſalutem tantum ſufficeret dicere confeſſario. Pater, furtum mortale commiſi, abſquè vlla ducatorum centum, &c. declaratione; nihilominus ei laudabile valdè eſt: confeſſario talem exprimere numerum ducatorum centum, &c. Verum eſt, quod aliqui volunt, quod etiam ex neceſſitate ſalutis, quis debet confeſſario talem numerum ducatorum centum, &c. exprimere; quod non eſt ſecundum veram doctrinam amplectendum præcipuè per Diuum Thomam, ac Bonauenturam, vt refert ſumma Victor. colligiturq; è Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 4. & 5. & Can. 7. Eſt igitur pœnitenti neceſſarium,

ſariùm, de ſuæ ſalutis neceſſitate, ad integrum damnificato ſatisfacere. Auguſtinus enim ait. Non remittitur peccatum: niſi reſtituatur ablatum. Eſt autem ſupradicta circumſtantia ducatorum centum, neceſſariò confitenda, quando nimirum in tali furto aliqua fuiſſet adnexa particularis circumſtantia, vt ſi eſſet in aliqua Diœceſi excomunicatio furando impoſita, tantam quantitatem, & cum alijs limitationibus, vt eſt principaliter apud Nauarrum cap. 6. num. 9.

Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam neceſſariò, vt circumſtantia peccati in confeſſione aperiatur, vt ſupra enucleatum eſt, quæ peccatum ad aliud peccati genus mutat, ex iſta ratione videlicet.

Circumſtantia, eſt quædam qualitas, ſiuè conditio, quæ ſtat circa aliquem actum, ſiue humanam actionem, ac facit, vt illa vnica actio, tali qualitate circumdata, aliam habeat malitiam moralem; puta furtum eſt quidam actus humanus, ſi verò in Eccleſia fiat, & hoc in res ſanctas, vt Sacramenta, Sacramentalia, ſacras Imagines, &c. iſta eſt qualitas, quæ ſtat circa illud furtum, ac qualificat illud, quod ſi tantum fuiſſet furtum, vnum tantum eſſet peccatum, ſed quia illa eſt qualitas ſacra, facit, vt duo ſint peccata: duæ deformitates diſtinctæ; ſcilicet deformitas furti, & deformitas ſacrilegij; ſimiliter fornicatio, eſt quidem vnum peccatum, quia vna eſt tantum actio mala; ſi verò in vxoratam fieret, eſt qualitas, ipſam fornicationem qualificans, ac facit Adulterium, ſicut furtum in Eccleſia facit ſacrilegium. Vndè ſi quis furti confiteretur peccatum, & non ſacrilegij, vel fornicationis, & non Adulterij, careret confeſſio ſua pœnitentiæ fructu, qui eſt amicitia, quæ per illud præbetur Sacramentum; & hoc de fide Catholica eſt aſſerendum, vt eſt præſertim videre apud Conc. Trid. ſeſſ. cap. & Can. ſupra citatis. 44

Aduertendum, quod quando ſupra dicitur, quod in furto in Eccleſia commiſſo, duo ſint peccata: duæ deformitates diſtinctæ; ſimiliter quando cum vxorata fornicetur; non eſt intelligendum, quò ad auerſionem à Deo, ſed quò ad pœnarum, cruciatuumquè conuerſionem, quoniam non ſolum vnum ſit peccatum, quò ad Auerſionem à Deo in Eccleſia furari, ac cum muliere vxorata, conſanguinea, vel affini, vel ſpirituali filia fornicari; verum etiam ſi intra Eccleſiam ipſam in multis temporibus furari, vel cum mu-

liere vxoratâ fornicari, modo in illa prima aſſiſtendo, ac perſeuerante voluntate, furandi; nimirum, ac adulterandi. Nam quamuis in omni peccato mortali inueniatur contemptus Dei; qui eſt quædam cauſa peccati: diciturq; talis Dei contemptus, Auerſio à Deo, quæ eſt in omni mortali peccato; Nec propter hoc: quis furans, fornicans, adulterans, &c. in omni furto, in omni cum muliere ictu, auerſionem à Deo facit, ſed tantum ſemel; videlicet per peccatum illud primum obtento furto: habita muliere, vel furandi, vel adulterãdi voluntate habita; Eſt autem in omni peccato mortali, auerſio à Deo, quando quis peccat, ac pœnitet, & impœnitentia ductus, iterum in lethale labitur peccatum; non autem in peccatis perſeuerando. Vnde ſi quis poſt rationis vſum, ac diſcurſum mortale commiſit peccatum, atquè in illo per totum vitæ ſuæ tempus perſeueraret, quo tempore, multa, diuerſaq; committeret mortalia peccata, vnum tantum dicitur peccatum commiſſum; quò ad auerſionem à Deo, multa verò, diuerſaquè, quoad pœ-
45 narum, cruciatuumquè conuerſionem; quoniam dum mortale peccatum eſt actus, & non habitus, quod eſt aliquid dictum, vel factum, vel concupitum contra Dei præcepta, & Charitatem dupliciter conſideratur; vno modo in quantum eſt diuinæ gratiæ priuatiuum: alio verò modo; in quantum eſt ordinationis, ordinatiuum Dei.

46 Primo modo in quantum mortale peccatum, eſt diuinæ gratiæ priuatiuum; omnia mortalia peccata eſſent paria: cum eſſent omnia contra præcepta, Charitatemuè Dei patrata, & peccator non maiorem facit à Deo Auerſionem prò vno, quàm pro alio, quamuis ſit leue, graue, atque grauiſſimum; quoniam tantum Dei gratia, & Charitas omittitur prò vno, quàm prò alio, & tàm pro vno, quàm prò centum; iuxta illud Iacobi 2. ſupra allegatum, ſcilicet [Qui totam legem ſeruauerit: deficeret autem in vno, factus eſt omnium reus.

47 Secundo modo: ſi peccatum mortale conſideretur in quantum eſt ordinationis, ordinatiuum Dei, quantum ad hoc, peccata, non ſunt paria, nec eſſe poſſunt, ſed maius vnum, minus alterum; quantò nimirum quis magis, minuſuè Dei præcepta, & Charitatis ordinem derelinquit; tantò dicitur magis, vel minus peccare; maiore, vel minore pena, & Cruciatu dignus culpam conſequentibus; ſicuti enim à diuina Miſericordia, facienti aliquod opus de

præ-

præcepto Charitatis Dei, quod meritorium eſt vitæ æternæ, præmium tribuitur proportionatum, ac condignum; & ſic quantò opus illud vitæ æternæ eſt meritorium, & fundatum in Charitate; tantò pluris tale opus elicienti præbetur de Gratia, & gloria; Iuxta illud Ambr. lib. de Reſur. Primitiæ vtique eiuſdem ſunt generis, atq; naturæ; cuius & reliqui fructus ita à diuina Iuſtitia facienti opus aliquod, quod contra Dei præcepti, & Charitatis ordinem delinquit; puta quòd quantò malum opus patratum, Dei præcepti, & Charitatis ordinem deordinat, tantò plus ad maiorem damnationem pœna, cruciatuſque præbetur; & quantò plura ſunt peccata commiſſa, atq; diuerſa: tantò plures, diuerſæque pœnæ, cruciatuſq; æternus aſſignantur à diuina Iuſtitia, operibus ipſis mali patratis contra Dei præcepti, & Charitatis ordinem correſpondentibus; ita vt quantò in peccatore plus creſcit peccatorū numerus: tantò plus, ad maiorem damnationem, cruciatumque æternum maior infligitur pena, ſicut de igne claret; in quo quantò plura ligna ponuntur: tantò plus augetur flammarum globus, & horror; atquè obſtinatè committens: difficilè conuertitur: quoniam vltra quod ipſe peccator propter magnum ſuorum peccatorum numerum redditur pro illis (ad operandum benè) inſenſibilis, vt Gregorius lib. moral. 4. c. habet [Aliquando Deus, qui eſt ſummus Iudex, ob tanta commiſſa ſcelera attrahit id, quod poſſit gratis attribuere, vt de multis in Sacra Scriptura, exemplum habemus, ſpecialiter de tribus ſceleribus, de quibus Dominus inquit per Amos Prophetam 1. cap. [Super tribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod tranſtulerint captiuitatē perfectam; & ſic in peccatore vltra ſalutis ſuæ deſperatum negotium: æternæ abdictus perditioni, propter tot commiſſa ſcelera, maior eſt ab eo pena, cruciatuſque ſoluendus pro vno, quàm pro alio peccato; vnde maior infligitur pœna, & cruciatus pro ſacrilegio, quàm pro furto, minorue pro fornicatione, quàm pro inceſto, quod inceſtum, & ſacrilegium, omneſquè aliæ circumſtantiæ, peccatum, ad aliud peccati genus mutantes, de ſalutis neceſſitate, ſemper confitendæ ſunt, vt ſepiſſimè habetur, in opere mentio; ac etiam illas eamdem intra ſpeciem peccatum aggrauantes, laudabiliter, piumquè eſt propalare circumſtantias; atquè omnes fideles hoc non ſeruantes, magnoperè exhortor, vt hilari animo tale amplectantur conſilium; & hoc non quia ipſæ circumſtantiæ

Digitized by Google

peccatum mutant, vel aggrauant, ac pro tali mutatione, vel aggrauatione, maior fit à Deo ſummo bono auerſio; (cum ſit ſemper in peccatis tanta; vt ſuperius diximus,) ſed quia maior fit pœnarum cruciatuumquè acquiſitio ſoluenda, vt confeſſarius videret, quantum ſcilicet Deus fuerit prò ſuis commiſſis peccatis offenſus, & vt ipſius Viceiudex maiorem penitentiam, ac ſatisfactionem pro ſacrilegio imponat, quàm pro furto, & minorem prò fornicatione, quàm pro inceſto, & plus pro duobus, quàm pro vno peccato, cum ad veram Chriſtianam pœnitentiam omnium peccatorum commiſſorum requiratur manifeſtatio, ac pro eis conueniens ſatisfactio; quæ fit per Eleemoſinas, Ieiunia, preces, aliaque Chriſtianæ diſciplinæ opera; Conueniens eſt, atquè neceſſariam peccatorum commiſſorum ſatisfactio, non pro reatu criminum, ac æterna pena, quæ illis debetur abſoluendis; hæc eſt enim, inquit Doctor Angelicus S. P. in Addit. q. 6. art. 1. & 2. Cōtrittio cum Sacramento confeſſionis, vel eius voto, vbi Sacramentum haberi non poteſt, penitus tollitur, ſed pro temporali pena, quæ deleto peccato, remanet. Catholica eſt ſententia de Penitentia diſt. 1. c. voluiſſent. §. 2. & cap. quis aliquando §. 2. D. Thom. 3. p. q. 86. art. 4. peccata, quæ ante fidem ab ijs, quæ poſt fidem perpetrata ſunt, manifeſta diſtinguit; illa enim quæ Baptiſmum aſſeuerat, at non ita facit in ijs, quæ poſt Baptiſmum peccata ſunt, quippè cum temporariam quadam, ita ex æterna cōmmutata, ſanctificatio ad pugnandum: ſupereſſe penam in illis prodat. Hoc autem iuſta ratione à diuina Iuſtitia introductum eſſe, rectè ab Eccleſia, quæ eſt columna veritatis prædicatur, atque defenditur, de qua ſatisfactione melius erit in ſuo loco dicēdum, nimirum num. 20. & ſicut numero 10. breuiter data fuit regula ad diſcernendum omne dictum, vel factum, vel concupitum; quando nimirum veniale eſt peccatum: & quando mortale? Sic hic oſtendere congruit, quot modis peccator magis minuſuè Dei præcepti, & Charitatis ordinem delinquere poteſt ad maiorem, ac minorem penam, & cruciatum dignus?

48 Primo. Delinquit magis peccator peccando cōtra Dei præcepti, & Charitatis ordinem, ratione perſonæ, in quam peccatur, vel cui infertur iniuria; nam quanta perſonę, in quam peccatur, eſt excellentia: tantò peccatum commiſſum grauius eſſe dicitur, contra Dei precepti, & Charitatis ordinem ad maiorem pœnam, &

Cru-

cruciatum dignum, maximè contra Dominum, qui infinitę excellentiæ equidem eſt; & hoc ſpecialiter propter Idolatriam, Infidelitatem, Hæreſim, Periurium, votorum fractionem, ac S. M. Eccleſiæ rerum venditionem, & acceptionem iniuſtam.

Secundò. Ratione propriæ perſonæ peccantis in dignitate, & ordine conſtitutæ; vnde quantò magis quis peccans in dignitate, & ordine eſt conſtitutus: tantò grauius delinquere dicitur contra Dei præcepti, & Charitatis ordinem; nam grauius delinquit Sum. Pontifex, quàm Cardinalis; grauius Cardinalis, quàm Archiepiſcopus; grauius Imperator, quàm Rex; grauius Rex, quàm Princeps, & ſic gradatim de alijs diſcurrendo. 49

Tertiò. Ratione virtutis, ac vitæ bonitatis; vnde grauius delinquit doctus, quàm indoctus; grauius bonus, quam malus; grauius excellens in arte, quàm minus excellens; & hoc ſpecialiter cõtra Theologos, Canoniſtas, Iuriſtas, Philoſophos, omneſq; Religioſos, ac Religioſas Dei, Sanctæq; M. Eccleſiæ, qui ſuæ Religionis precepta, & Conſtitutiones ſcientes, tranſgredi non curant; pro quibus Dominus, inquit per Lucam 12. Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatem eius, dignè plagis vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit dignè plagis vapulabit paucis; omne autem cui multum datum eſt: multum requiretur ab eo: hęc eſt cauſa, quod Luciferi peccatum noſtrorum quolibet grauius eſſe dicitur, quoniam ipſe præ nobis gratiam, beneficiumuè recepit à Domino, cum eſſet in Cœlo creatus ſpiritus cum plena Dei cognitione, ac ſcientia rerum naturalium; nos verò in hoc fallaci mundo miſerijs vndequaque pleno creati; vnde Dauid Pſalmo 50. dicebat męſtitia plenus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea; & Iob c. 14. homo natus de muliere: breui viuens tempore repletur multis miſerijs. 50

Quartò. Ratione vitæ aſſumptæ; vndè grauius delinquit fidelis, quàm infidelis. D. Paulus de ſe ipſo dicit 1. ad Timot. 2. fui miſericordiam conſequutus; quia ignorans, & incredulitate feci. Ideſt fui à diuina gratia miſericordiam conſequutus, quia in lege imperfecta peccaui, vt illa Hebræorum: non autem Chriſtianorum; nam ſi in lege Chriſtianorum peccaſſem, (ait D. Paulus) non tam citò, faciliterquè miſericordiam à diuina gratia obtinuiſſem, ſicut obtinui, quoniam odibilia ſunt Deo peccata in 51

Digitized by Google

lege perfecta, ſurrectiorquè patrata, quàm è contra.

52 Quintò. Ratione ætatis. Vnde grauius delinquit ſenex, quam adoleſcens, tanquam ſupra, &c. Senes enim ſunt in maiori conſideratione præceptorum Sanctæ M. Eccleſiæ, quàm adoleſcentes, vel iuuenes, minuſquè tentati, cum ſint infrigida debiliq; natura conſtituti, vt experientia clariſſimè docet.

53 Sextò. Ratione ſexus. Vnde grauius delinquit vir, quàm mulier, nam fœmina eſt minor perfecta in virtute, & conſtantia animi, quàm vir, tanquam cum iuuene ſenex. Prouerbiorum c. 31. Mulierem fortem quis inueniet? Et Sancta Mater Eccleſia Spiritu Sancto gubernata, talem mulieris debilitatem, & inconſtantiam animi cognoſcens, ſic de martyribus mulieribus cantat: Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti.

54 Septimò. Ratione Nobilitatis. Vnde grauius delinquit nobilis, quàm ignobilis: grauius dominus, quàm ſeruus: grauius diues, quàm pauper; grauius vrbanus, quàm plebèus, vt ſupra Chriſtus dixit per Lucam. Cui multum datum eſt: multum quæretur ab eo.

55 Octauò. Ratione Scandali: Vnde grauius delinquit quis publicè peccando, quàm ſecretò; & tantò grauius, quantò plus malitia creſcit, damnumque animæ ſuæ, vitæ, ac honoris proprij, vel proximi oritur; ex quo Chriſtus, per Diuum Matthæum cap. 18. Væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Væ, in Sacra Scriptura aduerbium eſt exorantis, vel maledicentis propter peccatum magnamq; Dei ſummi boni offenſam.

56 Nonò. Ratione conſuetudinis. Vnde conſuetudo peccatum auget, & tantò plus, quantò plus anima infelicem retinet, maximè quando habens peccatum, pluries confeſſus eſt, à quo gratia diuina, electus eſt. Nam tantò peccatum grauius eſſe dicitur: quantò in ſe maiorem continet ingratitudinem; maiorem enim ingratitudinem peccator in ſe continet, ſi peccatum bis ei remiſſum fuerit, quam ſi ſemel, & minorem, ſi ter, quàm quater.

57 Decimò. Ratione luctæ puſillæ, puta, grauius, cum pauca tentatione Mundi, Carnis, & Diaboli, quàm è contra. Quia funiculus triplex difficilè rumpitur, vt Eccleſiaſtes, inquit c. 4.

58 Vndecimò. Ratione culpæ genus. Vnde grauius eſt occidere, quàm furari; grauius furari, quam fornicari: ſunt enim peccata ſpiri-

ſpiritualia carnalibus grauiora; quæ ſpiritualia peccata quinque ſunt, puta Superbia, Ira, Inuidia, Accidia, & Auaritia; Carnalia verò duo ſunt, Gula, ſcilicet, & Luxuria; Sunt igitur peccata carnalia minoris culpæ, maiorisq; Infamiæ, cum nobis ſint naturaliter innata, ac magis agant, tentando.

Duodecimò. Ratione temporis. Vnde grauius, in feſtorum ieiuniorum, ac proceſſionum temporibus, quàm è contra; nam quamuis peccata ſemper ſint prohibita, nihilominus in his temporibus ab his abſtinere debemus, vt facilius à Deo impetretur id, quod poſtulatur. 59

Decimò tertiò. Ratione loci. Vnde grauius in Eccleſia, vel alio loco ſacro, peccatur, quàm è contra, quod ſepiſſimè in opere recolitur. 60

Decimò quartò. Ratione ex modo male agendo; vnde quantò peiori modo, peccatum committitur, tantò grauius illud eſſe dicitur ad maiorem pœnam, cruciatumquè dignum videlicet fornicari modo naturali, mortale eſt peccatum, ſi debitus modus à natura inſtitutus, non ſeruatur, vt quando mulier ſupergreditur virum, magis grauius eſt crimen. Si contra naturam, grauiſſimum. Similiter furari, mortale eſt peccatum; ſi verò, vì, minis, verberibus, contumelijs, homicidio, &c. tantò plus grauius furti peccatũ eſſe dicitur; ſicquè erit ſemper pœnitens de peccatis ſuis, conſiderandum; quando nimirum plus, ac minus debet hic, vel in Purgatorio pro peccatis ſuis, pœnam, cruciatumque ſoluere; ſed hoc ſcire, ac facere, ad veram Chriſtianam penitentiam haud quaquã ſufficit, ſed requiritur præterea, tàm interna, quàm externa peccata confiteri. 61

XIII. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam, tàm interna, quàm externa peccata confiteri; quoniam penitenti, non ſufficit, diuinam obtinendi gratiam, remiſſionemq; ſuorum peccatorum, cum debitis circumſtantijs, externa confiteri peccata, & abſque illis confiteri interna, ſed neceſſarium eſt omnino, tàm de internis, quàm externis peccatis circumſtantias cõfiteri; quoniam ſecundum D. Thom. 1. 2, q. 72. Sylu. Confeſſ. 1. num. 11. & 10, mentis operiſquè peccatum non differunt penes ſpeciem, & grauitatem, ſed ſolum in ratione perfecti, & imperfecti; perfectius enim peccatum eſt externum, quàm internum, & hoc contra Sotum lib. 5. q. 4. art. 4. dicentem, quod Virginitatis circumſtantia non eſt 62

eſt confitenda neceſſario. Si peccatum fuit tantum in mente commiſſum, & non in actu, non eſt in hoc tenenda ſua ratio dicens. Quod nimium eſſet pudefacere puellas moniales, maximè quærere: An ſit virgo? cum huiuſmodi immundas cogitauerit cogitationes, eaſq; confiteri; quoniam Dominus Lucæ 9. inquit. [Qui erubuerit me coram hominibus: erubeſcam, & ego coram Patre meo, & in fine de Penitentia diſt. 5. & Apoſt. 1. Cor. 7. Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu, quod non eſt, quando virginitas materialiter, corporaliter nimirum amittitur. Hæc eſt enim omnium Theologorum, Canoniſtarumque ſententia, extra quàm Sotus ſpecialiter per Chriſoſtomum hom. 16. ſuper cap. 23. D. Matt. in illa verba: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, ac ſapientes in 2. expoſitione Diuum Anton. 3. parte tit. 117. cap. 17. §. 5. in fine. Nauarr. in cap. 6. num. 7. Caet. verbo inceſtus, puta, quod quilibet penitens, confeſſori omnino dicat, ſi erat virgo Deo dicata voto ſolemni, vel ſimplici, vel è contra. ideſt ſi erat vxoratus, vel religioſus, quando nimirum perfectam habuiſſet mortaliter peccandi, voluntatē, & propter hoc, ad veram Chriſtianam pœnitentiam requiritur, tàm interna, quàm externa confiteri peccata; ſed hoc facere, ac ſeruare non ſufficit: ſed requiritur præterea, tàm reſeruata, quàm non reſeruata confiteri.

63 XIIII. Requiritur ad veram Chriſtianam penitentiam, tàm reſeruata, quàm non reſeruata peccata confiteri; vnde ſi quis penitens peccata habens reſeruata, ac ſcit confeſſarium cui confitetur, authoritatem non habere, ipſum ab eis abſoluendi: non ſufficit ſaluti ſuæ ipſi confeſſario ſolum non reſeruata aperire, & confiteri peccata cum animo, ac voluntate poſtea ipſa reſeruata peccata ſuperiori confiteri, vel alteri, peccata ipſa reſeruata ſpectantia, vt abſoluantur: ſed neceſſarium eſt omnino ad ſuam obtinendam ſalutem, diuinamque gratiam, confeſſori ipſi omnia ſua exprimere peccata puta, tàm reſeruata, quàm non reſeruata cum animo, ac voluntate poſtea ſe ad ſuperiorem præſentandi, vel alterū, &c. quoniam talis eſt vera penitentia, quam quilibet Chriſtianus habere debet, ſi vult ſaluari, atque diuina frui eſſentia æternaliter, vt Sacri Doctores volunt, ſpecialiter D. Thom. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 4. ac per text. c. omnis de Penitentia diſt. 5. puta, quod omnia peccata apud vnum debet penitens confiteri confeſſorem, ſcilicet,

tàm

Digitized by Google

tàm reſeruata, quàm non reſeruata cum animo, ac voluntate à nõ reſeruatis peccatis, abſolutione obtenta ad ſuum ſuperiorem, vel alterum, peccata reſeruata expectantem præſentari, vt ab eis abſolutionem accipiat: modo peccata ipſa reſeruata ſuperiori aliquã non habeant adnexam excomunicationem; nam ſi aliquam excomunicationem habent adnexam, nullo modo tunc ab ipſo inferiori confeſſori poteſt confiteri, atque abſoluere, quamuis millies omnia confiteretur peccata, pura tàm reſeruata, quàm non reſeruata, cum animo, voluntate, &c. niſi prius ab ipſa excomunicatione abſoluatur, quoniam excomunicatus, non eſt Sacramẽtorum particeps,& hoc tene,licet quidam ignoranter contrarium dicat, diſcernere neſciens inter penitentiam, quæ eſt virtus (quam quilibet habere poteſt,) & penitentiam, quæ eſt Sacramentum, quam nullus excomunicatus ſuſcipere poteſt: Debet igitur penitens hic duo notare.

Primo. Quod quamuis ipſe peccator peccata habeat reſeruata: confiteri poteſt cuilibet inferiori confeſſori: modo peccata ipſa reſeruata aliquam non habeant adnexam excomunicationẽ, vt ſupra dictum eſt. Nihilominus eſt prius conſulendus, prius ſuo præſentari ſuperiori, vel alteri,ab eis abſoluere, poteſtatem habenti, vt vna tantum fieret in ipſis abſolutio, maximè quando ab eis abſoluere potens, præſens eſt: nullumque dubium talem authoritatem obtinere abſoluendi fuerit. 64

Secundo. Quod quando ipſe inferiori confiteretur confeſſori ab omnibus ſuis peccatis: ſcilicet tàm reſeruata, quàm non reſeruata aperiendo ipſi confeſſori cum animo,& voluntate,&c. Sunt etiam ei propter confeſſionem ipſam inferiorem omnia peccata remiſſa tàm reſeruata, quàm non reſeruata: nimirum, atque ei detur gratia gratum faciens, ſed tantum illi remanet, ſuperiori ſe præſentandi, obligatio, tanquam de contritione, quod quando quis de ſuis conteritur peccatis, ſunt iam ei ſtatim peccata ipſa remiſſa: ac gratia gratum faciens à Deo confertur. Iuxta illud Ezechielis 18. In quacumquè hora peccator, ingemuerit peccatum ſuum, &c. & Pſalm. 146. ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum: ſed tamen illi remanet obligatio, confeſſoris copia habita, confiteri, vt Dei, Sanctæque M. Eccleſiæ præceptum de confeſſione, adimpleat, ita de reſeruatorum peccatorum inferiori facta confeſſione cum animo ſuperiori ſe præſentare; & hoc eſt 65

contra

Digitized by Google

contra Nauarrum in diſt. C. conſideret. §. Cautus num. 22. de Penitentia diſt. 5. dicentem, quod quamuis penitens reſeruata habens peccata, cuilibet poteſt conſiteri inferiori confeſſori cum animo ad ſuperiorem ſe preſentare, non tamen ab eo in prima abſolutione, Sacramenti gratia gratum faciens, recipitur, & habetur, ſed in ſecunda, quia tunc Sacramentum perficitur, quod non eſt ſecundum veriorem doctrinam, & opinionem tenendũ, principaliter per Sotum lib. 4. d. 18. q. 2. art. 5. de Iuſtitia, & Iure Can. relectione de penitentia, ac victoriam, q. 163. ſed in omnibus duabus abſolutionibus, quoniam inferior confeſſor, verè abſoluit ſicut & ſuperior, & ſuperior ſicut inferior, quod ſi non fuiſſet ita, quid proderit penitenti, inferiori confeſſori omnia, ac ſingula confiteri peccata? puta tàm reſeruata, quàm non reſeruata cum animo, & ei ſi propter talem inferiorem confeſſionem diuina non recipitur gratia, peccatorumque confeſſorum remiſſio? Eſt in tali caſu penitens non communicandus, ante quàm à ſuperiore à reſeruatis abſoluatur; poſſet igitur quando copiam ſuperioris confeſſoris non potuiſſet habere, ac pœnitenti ipſi præceptum communionis currit, vt in Paſchate, vel ſcandalum imminet, & ratio eſt, quia duobus præceptis concurrentibus: quorum vnum, alteri præualet maius: cuiuſmodi eſt præceptum, & ſcandalum; hæc, ad veram Chriſtianam penitentiam, ſcire, atq; obſeruare non ſufficiunt, ſed requiritur, vni faciendam.

66 XV. Requiritur ad veram Chriſtianam penitentiam, vnifaciendam. Vnde penitens, non debet duobus confeſſoribus ſimul confiteri, vel extra, quoniam confeſſio, Sacramentum eſt vnitatis, ad diuidi non debet, ſed vnifacienda eſt confeſſio omnium peccatorum, qui facit, ac miniſtrat in perſona Chriſti, qui eſt vnus: immò Sacramentum eſt ſecretudinis: cum ſit confeſſio ſecreta: peccatorum accuſatio, vt principaliter patet apud Nauar. de Confeſſ. c. 2. num. 1. & publicè fieri non poteſt, niſi ex magna cauſa vt quando vnus confeſſor authoritatem habet abſoluendi, attamen idioma ignorat: alter verò intelligit: nihilominus abſoluendi non habet authoritatem; ſi tunc penitens, alterum non poteſt habere confeſſorem, nullumque ſcandalum, morte æterna dignũ, tàm in ſe, quàm in tertiam perſonam oriri poteſt: ſi per Interpretem vult, confiteri poteſt, videlicet dum penitens ipſe ſui idiomatis profert verba: intermedia perſona declarat ſingula verba confeſſori;

feſſori; quia quamuis hoc modo talis peccatorum confeſſio, facta eſt aliquo modo publica, ad quam nullus, ſecundum veram Sacrorum Doctorum opinionem, & doctrinam, præcipuè per Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. ex diuino, vel humano præcepto ſeruare tenetur; attamen hoc modo, ſua confitendo peccata, veram Sacramentalem confeſſionem facit; vt videre eſt principaliter per Richardum, quem refert, & ſequitur Syluester. Confeſſ. 1. nu. 13. Sot. diſt. 18. q. 2. art. 6. ac Nauar. cap. 12. n. 8. dummodo ſcandalum magnum non vergeret in propriam; vel tertiam perſonam: tribus ſolum præſentibus, nempe ſe ipſo interprete, & confeſſore; quoniam aliter fieri non poteſt, cum ſit confeſſio ſecreta: peccatorum accuſatio, vt ſupra aſſeruimus per Nauar. Nam ſicut peccata publica, emendabantur pęnitētia; ita occulta, & ſecreta dimittebantur confeſſione; vnde vltra ſupra per Nauar. D. Auguſt. de Pœnitentiæ Medicina hom. 50. [Secretam, inquit, quilibet ſuorum peccatorum confeſſionem facere debet; ſcilicet ad aures Sacerdotis, quantumcunque ſint grauiſſima, modo occulta, ac ſecreta; & vt vnuſquiſque hoc adimpleat pœnitens. Petrus Blaſienſis Diui Thomæ Cartuſienſis Archiepiſcopi intimus, libellum in lucem mandauit; quod ipſorum, nullus publicè, nimirum ſua peccata debeat confiteri, niſi ex magna cauſa, vt ſupra dictum eſt, ac in tali caſu Interpres, ad naturale tenetur ſigillum; ita intelligi poſſunt omnes caſus, quibus Laicus audit peccata alterius, vt tradit latè Nauar. in cap. 8. n. 4. cum D. Thom. alijſq; ac Sot. 4. diſt. 18. q. 4. art. 1. Verſ. occaſionem autem, & art. 6. in fine. Verum, quod aliqui volunt, quod non ſolum Interpres ad naturale tenetur ſigillum, verum etiam ad Sacerdotale; hæc ſcire, atq; obſeruare, ad veram Chriſtianam pœnitentiam, non ſufficiunt, ſed requiritur Sacerdoti faciendam. 23

XVI. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam, Sacerdoti faciendam; vnde ſi quis pœnitens alicui confiteretur Laico, vel Clerico, nihil ei talis confeſſio ad ſalutem, peccatorumque ſuorum remiſſionem iuuaret; quantum ſcilicet ad culpam tollendam mortalem, quam habet clauium virtute; nam quamuis clerici, laici, atq; etiam fœminæ poſſint in neceſſitate baptizare, immò extra neceſſitatem extremam, verum conferunt Baptiſmum, ac Sacramentum, quamuis grauiter, ac mortaliter peccent, atque ſecundum Sacros Canones ſunt excommunicandi, & deponendi 67

Digitized by Google

ſi Clerici ſunt baptizantes; Attamen in hoc Sacramento non poſſunt ex quacumquè neceſſitate, etiam ſi ſummus Pontifex eſſet, & non Sacerdos ritè ordinatus; nam quamuis ſummus Pontifex, Epiſcopi, omneſquè S. M. Eccleſiæ Prælati Epiſcopalem habentes iuriſdictionem, ſaltem primam obtinentes Tonſuram, poſſunt in vtroque foro ab omnibus excommunicationibus, cenſuriſquè abſoluere, ac relaxare quandocunquè placuerit ipſis, vt clare patet in c. licet. Conc. Trid. ſeſſ. 14. Nauar. c. 27. ac ab omnibus Doctoribus; non tamen poſſunt à caſibus, qui iam ſunt peccata, abſoluere, & relaxare: quoniam hæc poteſtas ab omnibus abſoluendis excommunicationibus, & Cenſuris, eſt Iuriſdictionis actus, non autem Sacramentalis, quæ ſolùm data fuit à Chriſto Ieſu Apoſtolis, & ſucceſſiuè Sacerdotibus, vt eſt videre Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum: & quorum remiſeritis peccata, remictuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt; ſuper quam Sacerdotalem poteſtatem abſoluendi peccata ait Chriſoſtomus ſupra hũc locum. lib. 2. & 3. de Sacerd. [Sicut Pater meus, inquit Chriſtus, pleniſſimam dedit authoritatem dimictendi, relaxandiquè peccata: ita ego do vobis; Accipite Spiritum Sanctum, &c. Et quamuis apud Sacros Doctores hoc ſit clarum: ſpecialiter tamen apud Magiſtrum Sent. 4. diſt. 1. vbi ait, quòd, deficiente Sacerdote, debet confiteri Laico: hoc autem non intelligendum eſt quantum ad culpam tollendam mortalem, ſi habetur clauium virtute; puta, ſi eſt attritus pœnitens, contritus fieret; vt fieret quando per Sacerdotem abſolueretur, ſed de conſilio, Pœnitentiæquè habitu, quoniam quamuis confeſſio Laico, vel Clerico facta non (vt ſupra) valeat ad culpam tollendam mortalem; nihilominus ad alia multa, facienti prodeſt, nimirum ad tria.

68 Primò valet, atque prodeſt ad diminutionem pœnæ, ac cruciatus ſoluendi, & hoc non Clauium virtute, quas non habet, ſed ex ſubiectionis, humiliationiſque meritò.

Secundò ad perfectam Contritionem puta; fortaſſe poſſet peccator ipſe ex imperfecta contritione, quæ attritio dici ſolet, ad perfectam deuenire contritionem per Spiritus Sancti gratiam.

Tertiò, quod ſi per annum, & vltra non fuerit confeſſus, ob quod ab Eccl. debet carere ſepultura, vt in C. vtriuſquè ſexus patet, aliiſq; Sacris Doctoribus, propter talem Laico, vel Clerico factam confeſſionem poteſt, morte ſequuta, intra Eccleſiam ſepeliri,

Digitized by Google

liri, & ab excomunicatione abſolui, vel declarari, ipſum eſſe abſolutum, ſi in ipſa erat ligatus excomunicatione; nam quamuis excomunicatus in gratia, & charitate moriatur, non tamen Sanctæ M. Eccleſiæ ſuffragijs gaudet, niſi prius ab ipſa abſoluatur excomunicatione, vt videre eſt principaliter in diſt. c. à nobis, verb. vndequaque. Gl. in ſacris in verb. Conſt. de excomunicationis ſententia diſt.45. q.2. art.3. in fine. D. Anton. tract. de Confeſſ. art. 3. vnde practicam habemus, vt prius abſoluatur, antequam ad Eccleſiam deferatur, per illam regulam. [Cui non poſſumus comunicare viuo; neq; mortuo comunicare debemus c. ſacris de ſepult. c. ſanè 24. q.2.

Et qui in hoc modo ſaluatur, puta abſq; Sacramentali cõfeſſione, per virtutem propriam ſaluari dicitur, ideſt propter contritionem, quam habebat in corde, non autem propter confeſſionem, quam laico, vel clerico faciebat in ore, ſuper quam nullam habenti abſoluendi authoritatem, vt ſupra dictum eſt; vnde D. Aug. talem confirmando, Sacerdotalem authoritatem, pęnitenti neceſſariam eſſe. Sic inquit lib. de Pœnitentia. [Quem pęnitet, præſentat vitam ſuam Deo; per Sacerdotem præueniat iudicium Dei per confeſſionem, & propter hoc ad veram Chriſtianam pœnitentiam, requiritur (Sacerdoti faciendam) ſed hoc ſeruare, ac facere, non ſufficit: ſed requiritur inſuper. (Proprio faciendam Sacerdoti.

XVII. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam; 69
[Proprio faciendam, ſcilicet Sacerdoti, ordinariam, vel delegatam habenti, à peccatis abſoluendi authoritatem; nam ſi quis pęnitens ſcienter, ac malitioſè alicui confiteretur Sacerdoti, non vnam ex duabus ſupradictis authoritatibus à peccatis abſoluendi, poteſtatem habenti, ac auctoritatem; non ſolum confeſſio ſua nullam ei gratiam gratum facientem confert, ac præbet, verum etiam in maiorem incidit damnationem, cruciatumque æternum: Sacerdoti præbendo mortaliter peccandi occaſionem, ſcilicet Pęnitentiæ Sacramentum ipſi conferenti, cui conferre non poterat, nam quamuis quilibet Sacerdos, in ſua ordinatione, confitendi, ac abſoluendi à peccatis authoritatem accipiat, vt in Sacr. Conc. Trid. patet ſeſſ. 13. c. 15. atq; declarat Nauarr. c. 4. n. 7. & Sotus diſt.20. q.1. art.5. attamen illam exercere non poteſt, quouſq; illi materia, ac licentia concedatur, & ſi abſque illa etiam de facto ab-

ſolueret aliquem, non ſolum talis confeſſio, & abſolutio, nullam gratiam, & charitatem conferret, verum etiam tàm faciens, quàm conſentiens grauiter, ac mortaliter peccaret extra mortis articulum, nam in hoc caſu quælibet peccata, quiſque habens confiteri poteſt, cuicunque voluerit Sacerdoti, vt in ſequente numero erit dicendum.

70 Aduertendum, quod ſupra dicitur (ſcienter, ac malitioſè) quia ſi quis ignoranter, & bona fide alteri confiteretur Sacerdoti, qui per publicam famam pro confeſſore tenebatur, & communis currit error, vt quia ad eum multi currebant populi, pro ſuis audiendis conſilijs in confeſſionibus, in hoc caſu, quamuis talis Sacerdos grauiter peccet, mortaliterquè, Pœnitentiæ Sacramentum malè conferendo, non tamen peccat penitens tali Sacerdoti confitendo, quoniam tunc ſolum actio eſt mala ex parte Sacerdotis, Pœnitentiæ Sacramentum conferentis, poteſtatemquè non habentis: non autem ex parte pœnitentis, Sacramentum ſuſcipientis; ſicut quando ſcienter, ac malitioſè acciperet, & quò ad Deum, eſt abſolutus; notitia verò adueniente, quod talis Sacerdos, cui vna, vel plures fuerint factæ confeſſiones, illas non habebat audiendi authoritatem: tenetur penitens ipſe omnes confeſſiones, ſic imperfectè factas reiterare, ſi vult ſaluari; ſi verò eſt ſuorum peccatorum immemor, tenetur ſaltem ſuum recordari ſtatum, vel ſatisfactiones ſibi à tali Sacerdote iniunctas; hoc multi ſacri DD. ſpecialiter Nauar. Conſ. 5. & 12. de Penit., & remiſſ., & quamuis apud aliquos videatur oppoſitum, videlicet quod quando confeſſio eſt Sacerdoti facta, cuius non ſolum fama currit, atque communis error, verum etiam beneficij titulus coloratus ſaltem, non teneri confeſſiones, ſic imperfectè factas, reiterare; etiam notitia adueniente: teſtantes, quod ſi quis Sacerdos in aliqua Ciuitate, vel Prouincia, triginta, vel quadraginta annis ab omnibus populis pro Epiſcopo, vel Parocho tenebatur, in quibus annis triginta, &c. multas populi Sacerdoti ipſi confeſſiones feciſſent, diſturbum quippè grande eis veniret, nimirum omnes confeſſiones, ac ſatisfactiones, ſic imperfectè factas, recuperare, ac memoriæ reducere; non eſt ſecundum veram ſacrorum Doctorum doctrinam tenendum, atquè obſeruandum; ſed, vt ſupra per Nauarrum; quoniam in naturalibus forma indebitæ materiæ non vnitur; & propter hoc, ad veram Chriſtianam penitentiam proprio requiritur Sa-

Digitized by Google

cerdoti faciendam; ſed hoc ſeruare, ac facere nequaquam ſufficit, ſed item requiritur, bono faciendam.

XVIII. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam, bono faciendam, puta Sacerdoti, nullum habenti mortale peccatum; quoniam inter alias condictiones, quas debet habere confeſſor, eſt illa, quæ dicitur bonitas, ideſt vt nullum mortale peccatum habeat; de quo non ſit contritus; quod ſi quis confeſſor in mortali peccato confeſſionem audiret, vel Sacramentum aliud miniſtraret, vel miniſtrare intenderet, ſemper mortaliter peccaret; hæc eſt enim omnium Theologorum Canoniſtarumquè ſententia; & probatur, quoniam magnā iniuriam Sacramento facit, & ſic eſt ſacrilegium, ac mortale peccatum ex genere ſuo; nam quāuis ſolus Deus in Sacramentis operetur gratiam, ac peccatorum remiſſionem; quoniam ipſe ſolus intrat in animam, & peccata remittit; nihilominus Sacerdos currit ad illam tanquam miniſter ipſius, & hoc eſt dicendo. Ego te baptizo. Ego te abſoluo. Et oppoſitum tueri. hæreticum eſſe, Conc. Tridentinum ſeſſ. 7. can. 11. aſſeuerat; igitur vt ſupra; videlicet, ſi quis pœnitens, verè, & realiter aliquem ſciret Sacerdotem in mortali eſſe peccato conſtitutum, ipſumquè non in duobus caſibus occurrentibus, ad ſuas audiendas confeſſiones induceret: mortaliter peccaret, & toties quoties Sacerdotem ipſum pro tali induceret eff.ctu, tanquam ipſe Sacerdos malè miniſtrans per illam regulam, quod non ſolum peccat, qui peccat, verum etiam, qui præbet occaſionem peccandi; & propter hoc ad veram Chriſtianam pœnitentiam (bono requiritur, faciendam) ideſt nullum mortale habenti peccatum. Notandum hic, quod ſupra dicitur, non in duobus caſibus occurrentibus. 71

Primo, vt non ſit ſuus Parochus, vel ſuus Prælatus; nàm ſi ſuus eſt Parochus, vel ſuus Prælatus, ac ſibi confeſſionis præceptum currit, vt in Paſchate, vel Iubilei, vel Indulgentiæ tempore, vel vouit, vel iurauit, ſe in aliquibus temporibus, vel ſingulis menſibus, vel ſingulis octo diebus, vel quatuor, vel quinque, aut plus, aut minus in anno confiteri; tunc ipſum talem ſuum Parochum, ac prælatum, atq; ſuo cum mortali peccato inducere poteſt, vt ſuam audiat confeſſionem, ac eum à ſuis peccatis abſoluat, quamuis ſciret, quod talis ſuus Parochus, vel Prælatus mortaliter peccaret, ſi malè Sacramentum miniſtraret; hoc multi grauiſſimi Doctores, 72

ſpe-

ſpecialiter patet in Cap. Eccleſia. Vulterana de Elect. lib. 1. iniur. §. 1. ff. de iniurijs. Nauar. c. 1. §. Sacerdos. num. 6. diſt. 5. Conſil. 3. vict. q. 3. Ipſorumq; ratio eſt. Quoniam penitens ſuo vtitur Iure, & qui ſuo vtitur Iure: nemini facit iniuriam.

73 Secundò, in mortis articulo; nam in tali caſu non ſolum quilibet pœnitens confiteri poteſt Sacerdoti nullam à peccatis abſoluendi habenti poteſtatem, ac authoritatem, ac in mortali peccato conſtituto, verum etiam ſi millies fuerit publicè excomunicatus, hæreticus, ſchiſmaticus, depoſitus, degradatus, & quocunq; alio modo in Sancta M. Eccleſia peſſimus; D. Aug. lib. de Vn. Baptiſ. c. 2. Florent. Theol. in 4. q. de miniſtro. Couar. in c. Alma mater P. P. §. 6. n. 8. de excomunicationis ſententia lib. 6. Innocent. c. 1. n. 2. de hæreticis. Hoſtien. in ſum. tit. de temp. §. & à quo num. 6. Sylu. verb. confeſſ. 1. §. vlt. Angelic. eodem verbo 3. nu. 2. Caet. in ſum. verb. impedimenta. Angel. 4. 5. tract. de Confeſſ. art. Penit. difficul. 9. conſ. 2. Nauar. c. 27. de Confeſſ. c. ſi quem fortè 24. q. 1. & quamuis apud aliquos oppoſitum videatur de excomunicatis, nimirum publicis, hæreticiſq; Sacerdotibus, teſtantes, quod non ſunt facienda mala: vt veniant bona, & quia ipſi ſunt omninò præciſi à Corpore Chriſti; quod ſi alium non excomunicatum, hæreticumquè poſſit penitens habere Sacerdotem, ſufficit ei contritio, quoniam hoc Sacramentum non eſt tantæ neceſſitatis; quantæ eſt Baptiſmus; non eſt tenendum, atq; obſeruandum, ſed vt ſupra teſtatum eſt; puta tali excomunicato, & hæretico Sacerdoti confiteri poteſt penitens, illis ſi quidem tribus occurrentibus caſibus. 1. Quod Sacerdos ipſe excomunicatus, ac hæreticus facere intendat id, quod Sãcta Mater Eccleſia facere intendit, &c. 2. Quod alius nequeat inueniri non excomunicatus, hæreticuſq; Sacerdos. 3. Quod penitenti ipſi maior non poſſet venire damnatio, cruciatuſquè æternus ab ipſo excomunicato, & hæretico Sacerdote, puta diuerſio à Fide Catholica, quia eſt in fide firmus, fortis, conſtans; & hoc facillimè poterit alicui pœnitenti contingere, cum multi eſſent in terris hæreticorum Chriſtiani, morientes conſtantes, firmi, fortes in fide Catholica, vbi difficulter inueniri poſſit non excomunicatus, hæreticuſquè Sacerdos, ac ſi aliquis, vt ſupra teſtatum eſt, facere, ac obſeruare dubitauerit pœnitens, probatur primò ex tot ſupradictis Doctoribus; 2. ex multis rationibus, quarum prima eſt illa Scoti ſubtiliſſimi ſent. 4. diſt. 5. q. 2.

quod

Digitized by Google

quod; quando vni duo ſimul, ac ſemel præcepta concurrunt, vt puta diuinum, & humanum; diuinum humano præualet in mortis articulo, qui eſt tantæ neceſsitatis, diuinum tunc præceptum currit, ac naturale, ſcilicet quod omnis in mortali peccato conſtitutus, confiteri debeat, atque ſe emendare: iuxta illud Saluatoris Matt. 3. dicentis: Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis; ſed vt Sacerdos ſit in Eccleſiaſticis præciſus cenſuris, præceptũ eſt diuinum poſitiuum; igitur diuinum, ac naturale præceptum diuino poſitiuo ſolũ prȩualere debet: Sacerdote miniſtrante priuãti. 2. quod quamuis abſoluēdi à peccatis, authoritas in Iuriſditione conſtat Epiſcopali, vt nullus Sacerdos confeſſiones audire poſsit, abſque expreſſa licentia conceſſa, vt dictum eſt num. præcedente; nihilominus talis à peccatis abſoluendi licentia præbetur, ac conceditur prò Sacerdotali charactere, qui in Sacerdote, quantumcumquè ſit apud S. M. Eccleſiam peſſimus, non deletur, nec de- 74
leri poteſt: (ſaltem per Dei potentiam ordinariam) cum ſit ſpiritualis virtus inſignita animæ potentijs à Domino, Sacramento mediante; ex qua cauſa Sacerdos quilibet in mortis articulo à peccatis abſoluat: 3. in 4. diſt. 7. ac facit text. c. omnis de Pœnitentia, & remiſſ. cap. quem pęnitet diſt. 7. c. 4. Tridentinum ſeſſ. 14. c. 6. & 7. inquiunt in mortis articulo, omnes Sacerdotes, quoslibet pęnitentes à peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt, nullamq; 75
diſtinctionem, & mentionem, inter excomunicatum, & non excomunicatum, inter hæreticum, & non hæreticum faciunt Sacerdotem. 4. omnes vnanimiter tàm Theologi, quàm Canoniſtæ concedunt atquè volunt, quod omnis, originale peccatum habens, poſsit, atque debet omninò ab excomunicatis, hæreticiſquè Sacerdotibus Baptiſmum ſuſcipere; ſicut Baptiſmum, ita & pęnitentiam, mortali ſuppoſito peccato, cui non ſolum carentia eſt viſionis, & fruitionis Dei ſummi boni, vt in originali peccato, verum etiam dolor, & cruciatus ſenſibilis æternus, & non valet dicere, ac affirmare. Contrictio, & bona confitendi voluntas, ſufficit: quia hoc eſt valde periculoſum, imò periculoſiſsimum, cum difficillimè pœnitens ipſe habere poſſet dolorem illum magnum, ac vehementem de iam commiſsis peccatis, nec ſufficit attrictio, bonaquè confitendi voluntas, ficta nimirum abſq; Sacramento; neque etiam dicere valet, quod Deus eſt ſummus clemēs: ſummus miſericors, ac pęnitenti ipſi illo tempore ſupplet, quo-
niam

niam hoc eſt tentare Deum; at Deus non tentatur, iuxta illud Deuter. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis: cuſtodi præcepta Domini Dei tui, & teſtimonia, & ceremonias, quas præcipit tibi; per hæc enim ſupradicta, pœnitens quilibet poteſt ſuam ſcire ſalutem de confeſsione in mortis articulo, cui nimirum eſt facienda confeſsio. Debet immò pœnitens tria breuiter notare pro ſua maiori ſalute.

75 Primò, quod in principio huius numeri dicitur inducere, non autem quando confeſſor eſt in Confeſsionali paratus ad dandum omnibus indifferenter confeſsionis Sacramentum, quia tunc pœnitens debet benè de proximo ſuo iudicare, & Sacramentum ſuſcipere, videlicet, quod talis Sacerdos in Confeſsionali paratus pro omnibus audiendis confeſsionibus, ſibi occurrentibus, non eſt ei confeſsionis Sacramentum miniſtrandum abſquè ſuorum peccatorum contritione; & quamuis aliqui oppoſitum teneant, putà quod non debet accipere, mortis periculo recluſo; non eſt hoc quippè tenendum ſecundum veram ſacrorum Doctorum doctrinam, ſed vt ſupra, ſemper obſeruandum erit, ſpecialiter per Duran. 4. ſent. diſt. 5. Armill. Sylu. verb. Baptiſm. facit cap. ſancimus 1. quęſt. 7. vbi habetur, quod nemo putabitur immemor ſalutis ſuæ.

76 Secundò, quod ſi pœnitens, in mortis articulo confeſſus, ab illa liberaretur infirmitate: ſi tunc quando fuit abſolutus caſus, vel peccata habebat reſeruata, non tenetur pro illis aliam procurare abſolutionem; quoniam iam per illam abſolutionem in mortis articulo habitam, fuit benè ab illis omnibus abſolutus, Sacr. Cōc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & 7. In quibuſcumque peccatis; ſed tantum abſolutionem habilitationemquè obtinere, quò ad cenſuras, ſi fortè eis erat ligatus, videlicet ſi erant Papæ, ad Papam: ſi Epiſcopi, ad Epiſcopum, &c. hoc per multos Doctores, ſpecialiter per Nauar. cap. 29. num. 271. verum, quod ſi non poſſet per ſe ipſum præſentari, poſſet per commiſſum, vel per ſcripturam abſoluere facere, per eumdem Nauarrum c. 27. num. 89. Viuald. de Abſol. num. 4. alioſque ſacros Doctores, quod non ſic limitat de peccatis; vnde pœnitens, nullo modo ex quacunque cauſa, etiam mortis periculo imminente, poteſt ſe abſoluere facere per ſcripturam, vel per commiſſum, à ſuis peccatis à confeſſore à ſe abſente, vt quidam ante Sacrum Conc. Trident. affirmabant: ſed neceſſarium eſt ei omninò

Digitized by Google

omninò per ſe ipſum, vel per Interpretem, Sacerdote præſente; cum ſit confeſſio Sacramentalis ſecreta peccatorum accuſatio coram legitimo Sacerdote, quod in opere ſœpe ſœpius recolitur.

Tertiò, quod eadem ratio eſt de excomunicato, & hæretico Sa- 77
cerdote, à peccatis in articulo mortis abſoluente, qualis eſt de penitente in ipſo Sacerdote confitente; puta non peccaret mortaliter Sacerdos ipſe excomunicatus, ac hæreticus propter illam peccatorum abſolutionem, in mortis articulo præbitam; nam ſi decet penitētē, per ſupradictos ſacros Doctores, aliaſuè rationes multas, ſuperius datas, Sacerdoti confiteri excomunicato, atq; hæretico; cur non Sacerdoti ipſi licebit, pœnitentem abſoluere à ſuis peccatis? Contrariorum enim eadem eſt diſciplina; & quamuis in Martini V. bulla non videatur illum relaxare: non eſt in mortis articulo intelligendum; vnde non eſt aliud peccatori tempus, quod ſua poſſit confiteri peccata, atque cum Deo ſummo bono reconciliari; ſed ne Sacerdos ipſe excomunicatus, atquè hæreticus ad hoc gerat Sacramentum abſque graui Mortis periculo; nam aliter tirannicum eſſet profectò, hominem propè videndo moriturum animæ ſuæ neceſſaria poſtulantem, & non donare; ipſiuſq; certè eſſet Damnationis cauſa; ac non valet dicere, quod contrictio ſufficit; quoniam ratio eſt ſupra, &c. Hæc, ad veram Penitentiam, ſeruare, ac facere, non ſufficiunt; ſed requiritur præterea, ſcienti ligare, & abſoluere faciendam.

XIX. Requiritur ad veram Chriſtianam penitentiam Scienti 78
ligare, & abſoluere, faciendam. Quoniam ſi quis penitens, alicui confiteretur confeſſori neſcienti ſaltem peccata mortalia communia cum debitis circumſtantijs differentiam inter maiorem, ac minorem excomunicationem, & circa dubia contracta neſcit dubitare; non ſolum non abſoluitur à peccatis, & gratia, ac Charitas confertur animæ ſuæ, per Sacramentum, & abſolutionem ipſam, cuius eſt effectus, verum etiam ambo in maiorem damnationem, cruciatumque æternum cadunt, vt omnes ſacri DD. probant, ſpecialiter Nauarrus c.4. num. 12. Victoria q. 168. Sotus 4. ſent. diſt. 18. q. 4. art. 3. Sylu. 3. §. 2. Niſi pœnitens ipſe fuiſſet in huiuſmodi doctus; qui ſimplicem confeſſorem poſſit de ſuis peccatis, circumſtantijs, contractibuſquè inſtruere, quoniam tunc ipſius penitentis ſufficientia, inſufficientiam confeſſoris ſupplet, ſicut ſœpius confeſſoris ipſius ſufficientia, ac diligentia in examinando peniten-

tem: ſupplet defectum debiti, vt principaliter tradit D. Ant. ac Nauar. loc. ſupra citato num. 3. vnde ſi num. 17. ad veram Chriſtianam pœnitentiam poteſtas, atque authoritas à peccatis abſoluendi, requiritur; hic iam debita diligentia, atq; doctrina ad diſcernendum peccata cum debitis circumſtantijs atque pro eis, debita adhibendi remedia: iuxta illud Eccleſiaſt. 7. Noli fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates; & S. M. Eccleſia pœnitenti oſtendere volens, quod talis confeſſoris ſcientia, ac doctrina ei ſit neceſſaria pro ſua obtinenda ſalute, peccatorumq; remiſſione per Cōfeſſionem, ſic inquit in cap. quem pęnitet diſt. 1. in med. [Qui ergo vult peccata confiteri, vt inueniat gratiam: quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & abſoluere, nè cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit, nè ambo in foueam cadant; quoniam ſtultus euitare noluit. Confeſſor enim inſufficiens, ſecundum textum cap. Omnis de Pęnitentia, & remiſſione, inducit penitentem in deſperationem: Idoneus verò conſolabitur per remedia, quæ ſcit adhibere infundendo vinum, & oleum; propter hoc ad veram Chriſtianam pęnitentiam confeſſor requiritur, ſciens ligare, & abſoluere; quoniam, vltra quod ſupra textatum per S. M. Eccleſiam, expræſſam Saluatoris ſententiam habemus Matt. 15. dicentis. Si cęcus cęco ducatum præſtat: ambo in foueam cadunt. Vnde ego hic conſiderando quantum ſit pęnitenti neceſſaria Confeſſoris ſcientia, ac doctrina pro ſuis redimendis peccatis.

79 Dico, quod ſi ipſe duos inuenerit Confeſſores, doctum vnum tamen malum, puta, in mortali exiſtentem peccato: alterum verò bonum, nimirum in gratia Dei conſtitutum, ac Charitate, tamen indoctum, & imperitum, in iſto caſu potius debet pęnitens ſibi eligere, ac inducere pro ſua audienda confeſſione, confeſſorem doctum malum, quam illum bonum, ſed ignorantem, & indoctum, & Ratio eſt in promptu; quoniam ei tunc magis prodeſſe poteſt doctrina, & ſcientia confeſſoris mali, quàm bonitas, & Charitas boni ignorantis, & indocti; hoc obſeruandum erit apud multos ſacros Doctores ſpecialiter apud Sotum 4. ſent. diſt. 1. q. 4. art. 6. immò hic Dico, & hoc eſt ad recreandos pęnitentium animos, quod ſi quis non malitioſè, ac ſcienter alicui confiteretur confeſſori ignoranti, ac indocto, verumtamen ab ordinario approbato, ac examinato ſecundum Sacrum Conc. Trid. inquit

Digitized by Google

enim ſeſſ. 23. c. 15. Non debet de nullitate Confeſſionis ſalutiſq; ſuæ æternæ ſcrupulizare, ſed Epiſcopo credere, non danti tali Sacerdoti in ſua Diœceſi confitendi authoritatem, ſi ab eo examinatus, dignus non fuerit pro tali exercendo munere; ac in tali caſu omne malum Epiſcopo relinquendum eſt, ſi ſuum non exercuerit munus circa talis Confeſſoris ſcientiam, ac Doctrinam: ſed hoc, ad veram pęnitentiam ſeruare, ac facere non ſufficit, ſed requiritur inſuper [Atq; agendi pęnitentiam ab ipſo impoſitam.

XX. Requiritur ad veram Chriſtianam pęnitentiam. Atquè 80
agendi pęnitentiam ab ipſo impoſitam, quoniam ſi quis pęnitens cum animo, ac voluntate confiteretur penitentiam non acceptãdi, ac faciendi, quæ erit à ſuo Confeſſario imponenda prò commiſſis, confeſſiſquè peccatis; non ſolum talis confeſſio ad nullam prodeſt ſalutem, remiſſionemquè ſuorum peccatorum: verum etiam in maiorem incideret damnationem, quoniam pęnitens omninò acceptare debet, atque ſatisfacere pęnitentiam, ac ſatisfactionem, quam ſuus confeſſarius rationabiliter in Pęnitentiæ, & Confeſſionis Sacramento præbet; nam Penitentia, ac ſatisfactio, quam confeſſor pęnitenti in Confeſſionis Sacramento præbet vna eſt pars, quæ ad illud Sacramentum Confeſsionis currit; quoniam contrictio, & confeſsio parum proficiunt ad ſalutem, peccatorumquè remiſsionem niſi ambabus adiuncta fuerit ſatisfactio cap. nullus de Pęnitentia diſt. 1. nullus enim accepit veniã, niſi nulla neceſsitate fuerit impeditus; qualemcumquè, ac ſi longè minore, quam debet pęnam ſoluere; non enim ſufficit, mores in melius mutare, atque à peccatis recedere, niſi etiam de his, quæ facta, & conſumata ſunt, Deo ſatisfaciat per Pęnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſinis, orationibus, ac ieiunijs; & quamuis apud aliquos videatur tanta non eſſe neceſſaria Pęnitentia, ac ſatisfactio prò commiſsis, confeſsiſquè peccatis acceptanda, atque acceptata ſatisfacere quantum ſupra oſtenſum eſt; ſecundum tantum pęnitenti pro ſua ſalute ſufficit: animum habere, ac voluntatem omnia in Purgatorio purgare, ac ſatisfacere, quoniam diuina Iuſtitia Purgatorium conſtituit, & ordinauit, vbi quis de quolibet, mortaliquè peccato puniendus eſt, ac cruciandus: de quo non fuit in hoc ſæculo punitus; non eſt ſecundum veram ſacrorum Doctorum ſententiam tenendum: ſpecialiter per ſupra di-

ctam S. M. Eccleſiam, quæ eſt omnium Theologorum magiſtra fidelis, vt in alio opere dictum eſt, nam quamuis diuina Iuſtitia Purgatorium conſtituerit, atque ordinauerit, vt ſupra dictum eſt, vbi quis de quolibet peccato mortali puniendus eſt: de quo non fuit in hoc ſæculo punitus; non propter hoc, eſt in hoc ſæculo de illa pœna abſolutus, quæ erit à ſuo confeſſario in Penitentiæ Sacramento imponenda, vt de diuinæ Iuſtitiæ Viceiudice, ſed de illa, quæ eſt à ſacris Canonibus, vel à Deo imponenda, quæ impoſita non fuit à Confeſsionario ſecundum diuinæ Iuſtitiæ offenſam; vnde ſolum Iuſtitia diuina ſcit, quanta ſit penitentia imponenda prò vnius peccati mortalis ſatisfactione, cùm ſit infinitè offenſa, ac quanto ſit diminuta per contritionem, confeſsionem, cæteroſque penitentis actus, vel ſi impoſita fuit, præuenta morte, adimplere, ac ſatisfacere non poteſt, quod ſi non fuiſſet ſic, puta, quod prò peccatis commiſsis, & confeſsis non ſit tantæ neceſsitatis ſatisfactio: quantæ in opuſculo dictum eſt, acceptanda nimirum, ac acceptata, ſatisfacienda; ſequeretur, quod peccatorum numerus, ipſorumquè circumſtantiæ, confeſſoriſquè ſcientia, tantæ nõ eſſet neceſsitatis, quantæ in opuſculo continetur; ſed tantum penitenti ſufficere confeſſario dicere. Peccaui, ipſeque reſpondere. Ego te abſoluo; quod ita non eſt ad veram Chriſtianam penitentiam, ſed requiritur, omnia, & ſingula peccata, tàm interna, quàm externa, tàm reſeruata, quàm non reſeruata cum debita diligentia, debitiſquè circumſtantijs confeſſario, ſcienti ligare, & abſoluere, manifeſtare. Et hoc non alia ratione, niſi vt tota cognoſcatur penitentis infirmitas, ac prò quolibet mortali peccato penitentia iniungatur, ac ſatisfactio ad ſatisfaciendum; quæ penitentia, ac ſatisfactio prò commiſsis, confeſsiſque peccatis à diuina requiritur Iuſtitia; nam ſicut à Diuina miſericordia pro remiſsione culpæ, quæ eſt æterna pœna condigna, neceſſariò requiritur poſt contrictionem confeſsio, ſi tempus habebitur faciendi, vt dictum eſt numero 7. ità à diuina Iuſtitia eius ſatisfactio ad ſatisfaciendum illud, quod fuit impoſitum, ratione culpæ ad vindicandam iniuriam Deo factam, ac proximo. De qua ſatisfactione inquit diuina iuſtitia canticorum 2. Oſtende mihi faciem tuam, ideſt ſatisfactionem tuam.

81 Vnde ſcimus, quod ad peccatorum remiſsionem tria ordinatè concurrunt. 1. Remictens, puta, Deus. 2. Cui remictuntur pec-

cata.

cata. 3. Diſpoſitio remictendi in eo, cui remictuntur; In Deo remictente duo conſiderari poſſunt; nimirum Miſericordia; & Iuſtitia; facere contra primum, diuinæ eſt Miſericordiæ deſperatio; facere contra ſecundum, diuinæ eſt Iuſtitiæ præſumptio; ille, qui vult, vt ſit in hoc ſæculo ipſi, per diuinam miſericordiam, remiſſa culpa, ad quam pœna conſequeretur æterna, ac cruciatus perpetuus, & non vult deinde aliquod minimum, pro æterna illa, in hoc ſæculo ſatisfacere à diuina Iuſtitia impoſitum, ideſt à Confeſſario diuinæ ipſiuſmet Iuſtitiæ miniſtro, ac Iudice; abſquè dubio ſupra diuinam Miſericordiam, ac Iuſtitiam præſumere videtur; quæ in Deo infinitè bono, peccata remictente, ac gratiam præbente, ſeparatæ non ſunt; ipſo Domino aſſerente. Ego ſum Deus diligens miſericordiam, & iuſtitiam, & qui miſericordiam, & iuſtitiam non diligit: ſaluari haud ſperet.

Et nota; quod diligere iuſtitiam non intelligitur ſolum in corde, vel animum habere illam in Purgatorio ſoluere, ſed in hoc 82
ſæculo; quoniam præterquam ſupra textatum eſt per S. M. Eccleſiam dicentem. Non ſufficit enim mores mutare in melius; &c. ac per D. Gregorium in illa verba Chriſti ad diſcipulos ſuos. Si diligitis me: mandata mea ſeruate; probatio dilectionis, exhibitio eſt operis; ac etiam per Apoſtolorum Principem cap. 6. Fratres, magis ſatagite, vt per bona opera, certam veſtram vocationem faciatis; Innumeris alijs in locis Sacræ Scripturæ de diuina iuſtitia in hoc ſæculo, pro peccatis, iam ritè confeſſis, ſatisfactionem poſcente clariſſima habemus teſtimonia ſpecialiter Pſalm. 2. dicente. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Sap. cap. 4. Sapientium enim diſciplinam qui abijcit: infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, ac labores ſine fructu & inutilia opera eorum; & alibi. Quieſce peruerſè agere: diſce benè facere. Et Chriſtus Matt. cap. 27. inquit. Hoc genus dæmoniorum, non eijcitur, niſi ieiunio, & oratione. Eſt autem hic 83
dicendum, præterquam ſupra dictum eſt, quod ſi quis pœnitens non vult in confeſſione pœnitentiam acceptare, atque ſatisfactionem hilariter complere à ſuo confeſſario rationabiliter impoſitam, confeſſione facta: cum potuerit; certè damnatur, quoniam ſeriò eſt ſalutis propriæ animæ immemor. Memento quæſo, per Chriſtum Ieſum pro te Crucifixum, id quod ſupra dictum eſt numero 2. infra cap. 2. quod Contrictio, Confeſſio, & Satisfactio,

non ſunt habitualis pęnitentiæ partes, ſed porrò actualis; ſunt autem pęnitentiæ habitualis, virtualiſquè actus, ac virtutes: per quam peccatori fit culpæ, pęnæquè remiſſio; quæ omnia, per illa intelliguntur verba Saluatoris Lucæ 13. dicentis, Niſi pęnitentiam habueritis: omnes ſimul peribitis, & non qui incepit, ſed qui perſeuerauerit vſquè in finem; hic ſaluus erit. Imò. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ, nimirum vitam immarceſcibilem, ac ſempiternam; Si ergo Contrictio, Confeſſio, & Satisfactio actus ſunt, atquè virtutes habitualis interioris Pęnitentiæ, per quam peccatori culpæ, pęnæquè fit remiſſio, qui poteſt confiteri, & poſt confeſſionem ſatisfacere, & non ſatisfacit, certè damnatur: quoniam certè habitualem non habet pęnitentiam, per quàm ipſi culpæ, pęnæquè ſiat remiſſio, ad quam, de ſuæ ſalutis neceſſitate, ſtare, ac perſeuerare debet ad finem vſque vitæ ſuæ, vt ſupra dixit Sapientia Patris increata. Non qui incepit, &c. imò eſto fidelis, &c. In qua habituali pœnitentia tres profectò continentur virtutes, contrictio, ſcilicet confeſſio, & ſatisfactio, quod in opere ſæpe tangitur; proindè ad veram Chriſtianam pęnitentiam requiritur. [Atque agendi. Pęnitentiam, ab ipſo impoſitam.

Nihilominus à Pœnitente ſunt duo adnotanda pro ſuæ ſalutis ſecuritate.

84 Primum, quod valet plus ipſi vnus Pater noſter, &c. à ſuo confeſſore impoſitus in Pœnitentiæ Sacramento, quàm mille voluntariè dicti; puta abſquè Confeſſoris impoſitione, quoniam per illum Pater noſter à Confeſſore impoſitum in Pęnitentiæ Sacramento, Chriſti diſpenſantur merita, quæ quidem ſunt infiniti valoris; qui valor infinitus non ita diſpenſatur, quando à pęnitente per propriam dicuntur voluntatem, orationes; qui valor infinitus in Sacramentis ex opere operato venit, & oritur, nimirum Chriſti, non verò ex parte operantis, ſcilicet Sacerdotis, vel ipſius pęnitentis.

85 Secundum, quod pęnitens poſſit facere, vt ſibi commutetur pęnitentia à primo Confeſſore impoſita, ſi tamen illam memoria habet, ac recordatur; & hoc tàm de caſibus, ac peccatis non reſeruatis, quàm reſeruatis, & quamuis apud aliquos contrarium videatur de reſeruatis, textantes quod ſicut Confeſſor inferior nō poſſet à caſibus, ac peccatis ipſis reſeruatis abſoluere abſquè ex-

præſſa

præſſa ſuperioris licentia, ita de eorum ſatisfactione, ac pęnitentia commutare; Non eſt hoc ſecundum veram doctrinam amplectendum, ſed benè, vt ſupra, ſeruandum, vt videre eſt apud Victoriam q. 211. Nauar. c. 6. num. 22. modo cauſa, ob quam ſibi pęnitenti, talem commutare facit pęnitentiam, ac ſatisfactionem, ſit legitima, iuſta, ac rationabilis; vt quando pœnitens ipſe eſt infirmus, vel pauper, & egenus, vel proximo maximum immineret ſcandalum: vel pęnitentia, & ſatisfactio valdè eſſet intolerabilis, vel ob aliquam cauſam ad ſuum non ſe poſſet præſentare ſuperiorem; in his caſibus, hiſquè ſimilibus occurrentibus: debent ipſe pęnitens, & confeſſor ſibi ipſis perſuadere, ac putare, de hoc contentum fore ſuperiorem, atque ipſis (ſi ſcilicet conſcius eſſet, talem concederet veniam, conſtans.) donare talem, à caſibus, ac peccatis reſeruatis ſatisfactionem, ac pęnitentiam, commutandi, ac relaxandi facultatem, quoniam ſuperiores, maximè Eccleſiaſtici; iugiter ad bonum vtilitatemuè ſubditorum tendunt: non verò ad ipſorum ruinam, ac damnationem, vt experientia probat.

Prò maiore huius caſus intelligentia, & enodatione, tria ſunt hic breuiter adnotanda.

Primum; quod quando ipſe pęnitens vult, ac poteſt ſibi facere 86
commutare pęnitentiam, ac ſatisfactionem à primo confeſſore iniunctam, non requiritur per ſupradictos Doctores, alioſq; multos, vt ipſe ſua confiteatur peccata, & caſus, ob quos fuit ipſi talis pęnitentia, ac ſatisfactio impoſita, ſed tantum ſufficit ei caſum exprimere, ob quam non poteſt illam ſatisfacere, ac adimplere ſatisfactionem, & pœnitentiam à ſuo confeſſore primò impoſitam.

Secundum, quod circa hanc pęnitentiam, ac ſatisfactionem 87
eſt adnotandum. Eſt quod ipſa eſt depurgatiua: non autem de præſeruatiua, ſic intelligendum puto; vt quando ſibi à prælato imponitur, vt reſtituat; vel nè ludat, vel ac ad meretricis domicilium incedat, vel ne in propria retineat domo, vel denique imperaret ipſi pęnitenti, vt cauſa macerationis carnis ieiunet, caſtiget, & in ſeruitutem redigat corpus ſuum, &c. ſupra quam pęnitentiam, ac ſatisfactionem, non ſolum non poſſet inferior, à ſuperiore impoſitam, commutare; verum etiam nec ab inferiore confeſſore iniunctam, & ratio meo iudicio eſt; quia pęnitentia, ac ſatisfactio, quæ per modum medicinæ præbetur, futurum, ſcilicet vitantis

non ſunt habitualis pęnitentiæ partes, ſed porrò actualis; ſunt autem pęnitentiæ habitualis, virtualiſquè actus, ac virtutes: per quam peccatori fit culpæ, pęnæquè remiſſio; quæ omnia, per illa intelliguntur verba Saluatoris Lucæ 13. dicentis, Niſi pęnitentiam habueritis: omnes ſimul peribitis, & non qui incepit, ſed qui perſeuerauerit vſquè in finem; hic ſaluus erit. Imò. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ, nimirum vitam immarceſcibilem, ac ſempiternam; Si ergo Contrictio, Confeſſio, & Satisfactio actus ſunt, atquè virtutes habitualis interioris Pęnitentiæ, per quam peccatori culpæ, pęnæquè fit remiſſio, qui poteſt confiteri, & poſt confeſſionem ſatisfacere, & non ſatisfacit, certè damnatur: quoniam certè habitualem non habet pęnitentiam, per quàm ipſi culpæ, pęnæquè ſiat remiſſio, ad quam, de ſuæ ſalutis neceſſitate, ſtare, ac perſeuerare debet ad finem vſque vitæ ſuæ, vt ſupra dixit Sapientia Patris increata. Non qui incepit, &c. imò eſto fidelis, &c. In qua habituali pœnitentia tres profectò continentur virtutes, contrictio, ſcilicet confeſſio, & ſatisfactio, quod in opere ſæpe tangitur; proindè ad veram Chriſtianam pęnitentiam requiritur. [Atque agendi. Pęnitentiam, ab ipſo impoſitam.

Nihilominus à Pœnitente ſunt duo adnotanda pro ſuæ ſalutis ſecuritate.

84 Primum, quod valet plus ipſi vnus Pater noſter, &c. à ſuo confeſſore impoſitus in Pœnitentiæ Sacramento, quàm mille voluntariè dicti; puta abſquè Confeſſoris impoſitione, quoniam per illum Pater noſter à Confeſſore impoſitum in Pęnitentiæ Sacramento, Chriſti diſpenſantur merita, quæ quidem ſunt infiniti valoris; qui valor infinitus non ita diſpenſatur, quando à pęnitente per propriam dicuntur voluntatem, orationes; qui valor infinitus in Sacramentis ex opere operato venit, & oritur, nimirum Chriſti, non verò ex parte operantis, ſcilicet Sacerdotis, vel ipſius pęnitentis.

85 Secundum, quod pęnitens poſſit facere, vt ſibi commutetur pęnitentia à primo Confeſſore impoſita, ſi tamen illam memoria habet, ac recordatur; & hoc tàm de caſibus, ac peccatis non reſeruatis, quàm reſeruatis, & quamuis apud aliquos contrarium videatur de reſeruatis, textantes quod ſicut Confeſſor inferior nō poſſet à caſibus, ac peccatis ipſis reſeruatis abſoluere abſquè ex-

præſſa

·æſſa ſuperioris licentia, ita de eorum ſatisfactione, ac pęnitentia
ommutare; Non eſt hoc ſecundum veram doctrinam ample-
endum, ſed benè, vt ſupra, ſeruandum, vt videre eſt apud Victo-
am q. 211. Nauar. c. 6. num. 22. modo cauſa, ob quam ſibi pę-
itenti, talem commutare facit pęnitentiam, ac ſatisfactionem,
t legitima, iuſta, ac rationabilis; vt quando pœnitens ipſe eſt in-
rmus, vel pauper, & egenus, vel proximo maximum immineret
andalum: vel pęnitentia, & ſatisfactio valdè eſſet intolerabilis,
el ob aliquam cauſam ad ſuum non ſe poſſet præſentare ſuperio-
m; in his caſibus, hiſquè ſimilibus occurrentibus: debent ipſe
ęnitens, & confeſſor ſibi ipſis perſuadere, ac putare, de hoc con-
ntum fore ſuperiorem, atque ipſis (ſi ſcilicet conſcius eſſet, talem
onccderet veniam, conſtans.) donare talem, à caſibus, ac pecca-
s reſeruatis ſatisfactionem, ac pęnitentiam, commutandi, ac re-
xandi facultatem, quoniam ſuperiores, maximè Eccleſiaſtici, iu-
ter ad bonum vtilitatemuè ſubditorum tendunt: non verò
l ipſorum ruinam, ac damnationem, vt experientia probat.

Prò maiore huius caſus intelligentia, & enodatione, tria ſunt
c breuiter adnotanda.

Primum; quod quando ipſe pęnitens vult, ac poteſt ſibi facere 86
ommutare pęnitentiam, ac ſatisfactionem à primo confeſſore
iunctam, non requiritur per ſupradictos Doctores, alioſq; mul-
s, vt ipſe ſua confiteatur peccata, & caſus, ob quos fuit ipſi talis
ęnitentia, ac ſatisfactio impoſita, ſed tantum ſufficit ei caſum
primere, ob quam non poteſt illam ſatisfacere, ac adimplere
tisfactionem, & pœnitentiam à ſuo confeſſore primò impo-
am.

Secundum, quod circa hanc pęnitentiam, ac ſatisfactionem 87
adnotandum. Eſt quod ipſa eſt depurgatiua: non autem de
æſeruatiua, ſic intelligendum puto; vt quando ſibi à prælato
iponitur, vt reſtituat; vel nè ludat, vel ac ad meretricis domici-
ım incedat, vel ne in propria retineat domo, vel denique impe-
ret ipſi pęnitenti, vt cauſa macerationis carnis ieiunet, caſtiget,
in ſeruitutem redigat corpus ſuum, &c. ſupra quam pęniten-
m, ac ſatisfactionem, non ſolum non poſſet inferior, à ſuperio-
impoſitam, commutare; verum etiam nec ab inferiore confeſ-
re iniunctam, & ratio meo iudicio eſt; quia pęnitentia, ac ſatiſ-
ctio, quæ per modum medicinæ præbetur, futurum, ſcilicet vi-

tantis

Digitized by Google

tantis peccatum, nullo modo commutari, ac relaxari licet; ægroto enim medicina ſanitatem, ſalutemuè minimè confert, ac præbet, niſi applicetur, & ab ipſo recipiatur.

88 Tertium eſt, quod ſupra dicitur. [Si eam in memoria habet, quandoquidem ſi quis pœnitens in memoria non haberet pœnitentiam, ac ſatisfactionem pro commiſſis; ac confeſſis peccatis; teneretur tunc ſua confiteri peccata, vt de ipſis pœnitentiam, & ſatisfactionem accipiat, ac ſatisfaciat, quoniam contrictio, & confeſſio parum proficiunt ſine ſatisfactione, quod in opere ſepe occurrit; ſi vero nec vnum, nec alterum ſua recordatur memoria, vtputa nec pęnitentiam, nec peccata, tunc pœnitenti ipſi ad ſalutem ſuam tantum ſufficit, talis pęnitentiæ, ac ſatisfactionis negligentiam confiteri, atq; bonam habere voluntatem: illam in Purgatorio purgare, vel hic in hoc ſæculo propter Indulgentias redimere: Ad impoſſibile namque nemo tenetur; neque abbreuiata eſt manus Domini, vt alibi dictum eſt; & in hoc, verum eſt illud, quod aliqui volunt, quod ſcilicet pęnitenti bonam ſufficit habenti voluntatem omnia in Purgatorio purgarè; ſed non quando ſatisfactiones, vel peccata recordantur; quoniam ad veram Chriſtianam pęnitentiam requiritur. [Agendi atque pęnitentiam ab ipſo impoſitam; ſed hoc facere, ac ſeruare non ſufficit, ſed requiritur præterea. [Cum firmo propoſito; non redeundi amplius ad mortale peccatum.

89 XXI. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam: Firmus propoſitus, non redeundi amplius ad mortale peccatum, iuxta illud. Mutet vitam: ſi vult accipere vitam. Sempiternam, ſcilicet, ac immarceſcibilem gloriam, vt Regius Propheta optimè fecit; qui Nathan Prophetam audiens dicentem, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum: non morieris. 2. Reg. c. 12: ſtatim humilior effectus eſt in meditatione peccati, ita quod cinerem ſicut panem manducabat, & potum ſuum cum fletu miſcebat Pſalm. 101: hinc Auguſtinus ad Iulianum Comitem Epiſt. 3. Si tranſgredimur in aliquo peccato, poſt Baptiſmum nimirum, fontem lachrymarum ordinauit nobis Dominus; pęnitentiam propter fragilitatem noſtram; ideò debemus noſtras confeſſiones veraciter confiteri, ac fructus dignos facere pœnitentiæ; ideſt peccatis præteritis, ne addantur peccata. Et D. Hieronymus. Si quis pœnitentiam ageret, nunquam peccata reiteranda putaret. Et ſapientiſſimus

ſimus Eccleſiaſt. cap.4. Agonizare pro anima tua, & vſq; ad mor-
:em certa pro iuſtitia; inanis ergo, & vacua eſt ſpes, & contritio,
ıulliuſque valoris, & momenti eſt fletus, & confeſſio; abſolutio,
& ſatisfactio ad ſalutem animæ, remiſſionemquè peccatorum;
:ui talis animus firmus vacat non amplius ad mortale redeundi
peccatum, imo ipſi accidit illud, quod fortaſſe exijt in prouerbiũ:
Mercator tendens ad emporium cauſa lucrandi: ibi lucrum cum
:apitali deperdit; non ſolum enim ea, quæ hoc continentur opu-
culo inania, ac vacua ſunt pœnitenti, quantum ad gratiam, &
gloriam æternam obtinendam, verum etiam in maiorem incidit
damnationem, cruciatumquè æternum; & ratio eſt; quoniam
:onfeſſo mortali peccato: nouum addit mortale peccatum: cum 10
ore vnum diceret confeſſori: aliud verò corde intelligeret; vel vnũ
:ommittit lethale peccatum, in ſe tot continẽs deformitates, quot
ſunt iam peccata confeſſa; magnopere propter hoc Deo ſummo
bono iniuriam præbendo, vt Eccl. c. 7. legitimè quæritur. Vę du-
plici cordi, & labijs ſceleſtis; propterea ad veram Chriſtianam pę-
nitentiam firmum requiritur propoſitum, ac ſtabile non amplius
ad mortale redeundi peccatum, aliaquè omnia, quæ infra haben-
tur, obſeruare, & facere; quoniam vnum, ſine altero, nullam
ſpem tribuit ad ſalutem, ac peccatorum remiſſionem, quam certè
tribuerent, ſi illa benè adoperarentur omnia, vt dictum eſt. In
hac ſunt duo breuiter aduertenda.

Primum, quod quando ſupra dicitur: firmum habere propoſi- 90
tum, non amplius ad mortale redeundi peccatum: non eſt ſimpli-
citer intelligendum; puta, nè pecces amplius; quoniam ſi quis ita
intelligeret pœnitens, maximum committere errorem, quoniam
aliter eſt dicere: firmum habere animum, ac propoſitum non am-
plius peccandi: aliter vero eſt dicere ſimpliciter nè pecces. Nam
firmus animus, & propoſitum amplius non peccandi eſt actus in-
tellectus, ac rationis; ſed ne pecces amplius, voluntatis, &c. fir-
mus animus, & propoſitus non peccandi amplius optima quidem
res eſt, atquè ſanctiſſima: preſumere vero non peccare de cętero,
maliſſimum eſt: quoniam eſt præſumptio, & nullus hominum
præſumendus eſt, non amplius peccare, vel dicens. Nunquam
peccabo, non credatur; omnes enim homines mendaceş ſunt, vt
habetur Pſalm. 115. Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo men-
dax, & Pſalm. 4. Filij hominum vſquequò, qui diligitis vanitatem,

 & quæ-

niam: hoc eſt tentare Deum; at Deus non tentatur, iuxta illud Deuter. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis: cuſtodi præcepta Domini Dei tui, & teſtimonia, & ceremonias, quas præcipit tibi; per hæc enim ſupradicta, pœnitens quilibet poteſt ſuam ſcire ſalutem de confeſsione in mortis articulo, cui nimirum eſt facienda confeſsio. Debet immò pœnitens tria breuiter notare pro ſua maiori ſalute.

75 Primò, quod in principio huius numeri dicitur inducere, non autem quando confeſſor eſt in Confeſsionali paratus ad dandum omnibus indifferenter confeſsionis Sacramentum, quia tunc pœnitens debet benè de proximo ſuo iudicare, & Sacramentum ſuſcipere, videlicet, quod talis Sacerdos in Confeſsionali paratus pro omnibus audiendis confeſsionibus, ſibi occurrentibus, non eſt ei confeſsionis Sacramentum miniſtrandum abſquè ſuorum peccatorum contritione; & quamuis aliqui oppoſitum teneant, putà quod non debet accipere, mortis periculo recluſo; non eſt hoc quippè tenendum ſecundum veram ſacrorum Doctorum doctrinam, ſed vt ſupra, ſemper obſeruandum erit, ſpecialiter per Duran. 4. ſent. diſt. 5. Armill. Sylu. verb. Baptiſm. facit cap. ſancimus 1. quęſt. 7. vbi habetur, quod nemo putabitur immemor ſalutis ſuæ.

76 Secundò, quod ſi pœnitens, in mortis articulo confeſſus, ab illa liberaretur infirmitate: ſi tunc quando fuit abſolutus caſus, vel peccata habebat reſeruata, non tenetur pro illis aliam procurare abſolutionem; quoniam iam per illam abſolutionem in mortis articulo habitam, fuit benè ab illis omnibus abſolutus, Sacr. Cōc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & 7. In quibuſcumque peccatis; ſed tantum abſolutionem habilitationemquè obtinere, quò ad cenſuras, ſi fortè eis erat ligatus, videlicet ſi erant Papæ, ad Papam: ſi Epiſcopi, ad Epiſcopum, &c. hoc per multos Doctores, ſpecialiter per Nauar. cap. 29. num. 271. verum, quod ſi non poſſet per ſe ipſum præſentari, poſſet per commiſſum, vel per ſcripturam abſoluere facere, per eumdem Nauarrum c. 27. num. 89. Viuald. de Abſol. num. 4. alioſque ſacros Doctores, quod non ſic limitat de peccatis; vnde pœnitens, nullo modo ex quacunque cauſa, etiam mortis periculo imminente, poteſt ſe abſoluere facere per ſcripturam, vel per commiſſum, à ſuis peccatis à confeſſore à ſe abſente, vt quidam ante Sacrum Conc. Trident. affirmabant: ſed neceſſarium eſt ei

omninò

mninò per ſe ipſum, vel per Interpretem, Sacerdote præſente;
ım ſit confeſſio Sacramentalis ſecreta : peccatorum accuſatio
ɔram legitimo Sacerdote, quod in opere ſœpe ſœpius recolitur.
Tertiò, quod eadem ratio eſt de excomunicato, & hæretico Sa- 77
:rdote, à peccatis in articulo mortis abſoluente, qualis eſt de pe-
tente in ipſo Sacerdote confitente, puta non peccaret mortali-
: Sacerdos ipſe excomunicatus, ac hæreticus propter illam pec-
torum abſolutionem, in mortis articulo præbitam; nam ſi decet
:nitētē, per ſupradictos ſacros Doctores, aliaſuè rationes multas,
perius datas, Sacerdoti confiteri excomunicato, atq; hæretico;
:r non Sacerdoti ipſi licebit, pœnitentem abſoluere à ſuis pecca-
?. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina; & quamuis in Mar-
ni V. bulla non videatur illum relaxarè : non eſt in mortis ar-
:ulo intelligendum; vnde non eſt aliud peccatori tempus, quod
a poſſit confiteri peccata, atque cum Deo ſummo bono recon-
iari; ſed ne Sacerdos ipſe excomunicatus, atquè hæreticus ad
ɔc gerat Sacramentum abſque graui Mortis periculo; nam aliter
annicum eſſet profectò, hominem propè videndo moriturum
imæ ſuæ neceſſaria poſtulantem, & non donare, ipſiuſq; certè
ēt Damnationis cauſa; ac non valet dicere, quod contritio
ficit; quoniam ratio eſt ſupra, &c. Hæc ad veram Penitentiam,
uare, ac facere, non ſufficiunt; ſed requiritur præterea, ſcienti
are, & abſoluere faciendam.

XIX. Requiritur ad veram Chriſtianam penitentiam Scienti 78
are, & abſoluere, faciendam. Quoniam ſi quis penitens, alicui
nfiteretur confeſſori neſcienti ſaltem peccata mortalia commu-
ı cum debitis circumſtantijs differentiam inter maiorem, ac mi-
rem excomunicationem, & circa dubia contracta neſcit dubi-
e, non ſolum non abſoluitur à peccatis, & gratia, ac Charitas
nfertur animæ ſuæ per Sacramentum, & abſolutionem ipſam,
ıs eſt effectus, verum etiam ambo in maiorem damnationem,
ıciatumque æternum cadunt, vt omnes ſacri DD. probant, ſpe-
liter Nauarrus c. 4. num. 12. Victoria q. 168. Sotus 4. ſent. diſt.
. q. 4. art. 3. Sylu. 3. §. 2. Niſi pœnitens ipſe fuiſſet in huiuſmodi
ctus; qui ſimplicem confeſſorem poſſit de ſuis peccatis, circum-
ntijs, contractibuſquè inſtruere, quoniam tunc ipſius peniten-
ſufficientia, inſufficientiam confeſſoris ſupplet, ſicut ſœpius
nfeſſoris ipſius ſufficientia, ac diligentia in examinando peniten-

tem: ſupplet defectum debiti, vt principaliter tradit D. Ant. ac Nauar. loc. ſupra citato num. 3. vnde ſi num. 17. ad veram Chriſtianam pœnitentiam poteſtas, atque authoritas à peccatis abſoluendi, requiritur; hic iam debita diligentia, atq; doctrina ad diſcernendum peccata cum debitis circumſtantijs atque pro eis, debita adhibendi remedia: iuxta illud Eccleſiaſt. 7. Noli fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates; & S. M. Eccleſia pœnitenti oſtendere volens, quod talis confeſſoris ſcientia, ac doctrina ei ſit neceſſaria pro ſua obtinenda ſalute, peccatorumq; remiſſione per Cōfeſſionem, ſic inquit in cap. quem pęnitet diſt. 1. in med. [Qui ergo vult peccata confiteri, vt inueniat gratiam: quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & abſoluere, nè cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit, nè ambo in foueam cadant; quoniam ſtultus euitare noluit. Confeſſor enim inſufficiens, ſecundum textum cap. Omnis de Pęnitentia, & remiſſione, inducit pęnitentem in deſperationem: Idoneus verò conſolabitur per remedia, quæ ſcit adhibere infundendo vinum, & oleum; propter hoc ad veram Chriſtianam pęnitentiam confeſſor requiritur, ſciens ligare, & abſoluere; quoniam, vltra quod ſupra textatum per S. M. Eccleſiam, expræſſam Saluatoris ſententiam habemus Matt. 15. dicentis. Si cęcus cęco ducatum præſtat: ambo in foueam cadunt. Vnde ego hic conſiderando quantum ſit pęnitenti neceſſaria Confeſſoris ſcientia, ac doctrina pro ſuis redimendis peccatis.

79 Dico, quod ſi ipſe duos inuenerit Confeſſores, doctum vnum tamen malum, puta, in mortali exiſtentem peccato: alterum verò bonum, nimirum in gratia Dei conſtitutum, ac Charitate, tamen indoctum, & imperitum, in iſto caſu potius debet pęnitens ſibi eligere, ac inducere pro ſua audienda confeſſione, confeſſorem doctum malum, quam illum bonum, ſed ignorantem, & indoctum, & Ratio eſt in promptu; quoniam ei tunc magis prodeſſe poteſt doctrina, & ſcientia confeſſoris mali, quàm bonitas, & Charitas boni ignorantis, & indocti; hoc obſeruandum erit apud multos ſacros Doctores ſpecialiter apud Sotum 4. ſent. diſt. 1. q. 4. art. 6. immò hic Dico, & hoc eſt ad recreandos pęnitentium animos, quod ſi quis non malitioſè, ac ſcienter alicui confiteretur confeſſori ignoranti, ac indocto, verumtamen ab ordinario approbato, ac examinato ſecundum Sacrum Conc. Trid. inquit

enim

Digitized by Google

nim ſeſſ. 23. c. 15. Non debet de nullitate Confeſſionis ſalutiſq; uæ æternæ ſcrupulizare, ſed Epiſcopo credere, non danti tali Saerdoti in ſua Diœceſi confitendi authoritatem, ſi ab eo examiiatus, dignus non fuerit pro tali exercendo munere; ac in tali ca1 omne malum Epiſcopo relinquendum eſt, ſi ſuum non exercueit munus circa talis Confeſſoris ſcientiam, ac Doctrinam: ſed hoc, d veram pęnitentiam ſeruare, ac facere non ſufficit, ſed requiitur inſuper [Atq; agendi pęnitentiam ab ipſo impoſitam.

XX. Requiritur ad veram Chriſtianam pęnitentiam. Atquè 80
gendi pęnitentiam ab ipſo impoſitam, quoniam ſi quis pęnitens um animo, ac voluntate confiteretur pęnitentiam non acceptā, ac faciendi, quæ erit à ſuo Confeſſario imponenda prò comiiſſis, confeſſiſquè peccatis; non ſolum talis confeſſio ad nullam rodeſt ſalutem, remiſſionemquè ſuorum peccatorum: verum tiam in maiorem incideret damnationem, quoniam pęnitens mninò acceptare debet, atque ſatisfacere pęnitentiam, ac ſatisictionem, quam ſuus confeſſarius rationabiliter in Pęnitentiæ, : Confeſſionis Sacramento præbet; nam Penitentia, ac ſatisfatio, quam confeſſor pęnitenti in Confeſſionis Sacramento præet vna eſt pars, quæ ad illud Sacramentum Confeſsionis currit; uoniam contrictio, & confeſsio parum proficiunt ad ſalutem, eccatorumquè remiſsionem niſi ambabus adiuncta fuerit ſatisictio cap. nullus de Pęnitentia diſt. 1. nullus enim accepit veniā, iſi nulla neceſsitate fuerit impeditus; qualemcumquè, ac ſi lonè minore, quam debet pęnam ſoluere; non enim ſufficit, mores melius mutare, atque à peccatis recedere, niſi etiam de his, quæ ıcta, & conſumata ſunt, Dęo ſatisfaciat per Pęnitentiæ dolorem, er humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, coopeintibus eleemoſinis, orationibus, ac ieiunijs; & quamuis apud iquos videatur tanta non eſſe neceſſaria Pęnitentia, ac ſatisfatio prò commiſsis, confeſsiſquè peccatis acceptanda, atque aceptata ſatisfacere quantum ſupra oſtenſum eſt; ſecundum tanım pęnitenti pro ſua ſalute ſufficit: animum habere, ac voluntem omnia in Purgatorio purgare, ac ſatisfacere, quoniam diina Iuſtitia Purgatorium conſtituit, & ordinauit, vbi quis de uolibet, mortaliquè peccato puniendus eſt, ac cruciandus: de uo non fuit in hoc ſæculo punitus; non eſt ſecundum veram ſatorum Doctorum ſententiam tenendum: ſpecialiter per ſupra di-

ctam S. M. Eccleſiam, quæ eſt omnium Theologorum magiſtra fidelis, vt in alio opere dictum eſt, nam quamuis diuina Iuſtitia Purgatorium conſtituerit, atque ordinauerit, vt ſupra dictum eſt, vbi quis de quolibet peccato mortali puniendus eſt: de quo non fuit in hoc ſæculo punitus; non propter hoc, eſt in hoc ſæculo de illa pœna abſolutus, quæ erit à ſuo confeſſario in Penitentiæ Sacramento imponenda, vt de diuinæ Iuſtitiæ Viceiudice, ſed de illa, quæ eſt à ſacris Canonibus, vel à Deo imponenda, quæ impoſita non fuit à Confeſsionario ſecundum diuinæ Iuſtitiæ offenſam; vnde ſolum Iuſtitia diuina ſcit, quanta ſit penitentia imponenda prò vnius peccati mortalis ſatisfactione, cùm ſit infinitè offenſa, ac quanto ſit diminuta per contritionem, confeſsionem, cæteroſque penitentis actus, vel ſi impoſita fuit, præuenta morte, adimplere, ac ſatisfacere non poteſt, quod ſi non fuiſſet ſic, puta, quod prò peccatis commiſsis, & confeſsis non ſit tantæ neceſsitatis ſatisfactio: quantæ in opuſculo dictum eſt, acceptanda nimirum, ac acceptata; ſatisfacienda; ſequeretur, quod peccatorum numerus, ipſorumquè circumſtantiæ, confeſſoriſquè ſcientia, tantæ nō eſſet neceſsitatis, quantæ in opuſculo continetur; ſed tantum penitenti ſufficere confeſſario dicere. Peccaui, ipſequè reſpondere. Ego te abſoluo; quod ita non eſt ad veram Chriſtianam penitentiam, ſed requiritur, omnia, & ſingula peccata, tàm interna, quàm externa, tàm reſeruata, quàm non reſeruata cum debita diligentia, debitiſquè circumſtantijs confeſſario, ſcienti ligare, & abſoluere, manifeſtare. Et hoc non alia ratione, niſi vt tota cognoſcatur penitentis infirmitas, ac prò quolibet mortali peccato penitentia iniungatur, ac ſatisfactio ad ſatisfaciendum; quæ penitentia, ac ſatisfactio prò commiſsis, confeſsiſquè peccatis, à diuina requiritur Iuſtitia; nam ſicut à Diuina miſericordia pro remiſsione culpæ, quæ eſt æterna pena condigna, neceſſariò requiritur poſt contrictionem confeſsio, ſi tempus habebitur faciendi, vt dictum eſt numero 7. ita à diuina Iuſtitia eius ſatisfactio ad ſatisfaciendum illud, quod fuit impoſitum, ratione culpæ ad vindicandam iniuriam Deo factam, ac proximo. De qua ſatisfactione inquit diuina iuſtitia canticorum 2. Oſtende mihi faciem tuam, idoſt ſatisfactionem tuam.

81 Vnde ſcimus, quod ad peccatorum remiſsionem tria ordinatè concurrunt. 1. Remictens, puta, Deus. 2. Cui remictuntur peccata.

ſta 3. Dipoſitio remictendi in eo, cui remictuntur; In Deo re-
mictente duo conſiderari poſſunt, nimirum Miſericordia, & Iu-
ſtitia; facere contra primum, diuinæ eſt Miſericordiæ deſperatio;
facere contra ſecundum, diuinæ eſt Iuſtitiæ præſumptio; ille, qui
uult, vt ſit in hoc ſæculo ipſi, per diuinam miſericordiam, remiſſa
culpa, ad quam pœna conſequeretur æterna, ac cruciatus perpe-
tuus, & non vult deinde aliquod minimum, pro æterna illa, in hoc
ſæculo ſatisfacere à diuina Iuſtitia impoſitum, ideſt à Confeſſario
diuinæ ipſiuſmet Iuſtitiæ miniſtro, ac Iudice; abſquè dubio ſupra
diuinam Miſericordiam, ac Iuſtitiam præſumere videtur; quæ in
Deo infinitè bono, peccata remictente, ac gratiam præbente, ſe-
paratæ non ſunt; ipſo Domino aſſerente. Ego ſum Deus diligens
miſericordiam, & iuſtitiam, & qui miſericordiam, & iuſtitiam non
diligit: ſaluari haud ſperet.

Et nota; quod diligere iuſtitiam non intelligitur ſolum in cor- 82
de, vel animum habere illam in Purgatorio ſoluere, ſed in hoc
ſæculo; quoniam præterquam ſupra textatum eſt per S. M. Eccle-
ſiam dicentem. Non ſufficit enim mores mutare in melius; &c.
& per D. Gregorium in illa verba Chriſti ad diſcipulos ſuos. Si di-
ligitis me: mandata mea ſeruate; probatio dilectionis, exhibitio eſt
operis; ac etiam per Apoſtolorum Principem cap. 6. Fratres, ma-
gis ſatagite, vt per bona opera, certam veſtram vocationem facia-
tis; Innumeris alijs in locis Sacræ Scripturæ de diuina iuſtitia in
hoc ſæculo, pro peccatis, iam ritè confeſſis, ſatisfactionem po-
cente clariſſima habemus teſtimonia ſpecialiter Pſalm. 2. dicente.
Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pe-
reatis de via iuſta. Sap. cap. 4. Sapientium enim diſciplinam qui
abijcit: infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, ac labores ſine fructu
& inutilia opera eorum; & alibi. Quieſce peruerſè agere: diſce
benè facere. Et Chriſtus Matt. cap. 27. inquit. Hoc genus dæ-
moniorum, non eijcitur, niſi ieiunio, & oratione. Eſt autem hic 83
dicendum, præterquam ſupra dictum eſt, quod ſi quis pœnitens
non vult in confeſſione pœnitentiam acceptare, atque ſatisfactio-
nem hilariter complere à ſuo confeſſario rationabiliter impoſi-
tam, confeſſione facta: cum potuerit; certè damnatur, quoniam
terio eſt ſalutis propriæ animæ immemor. Memento quæſo, per
Chriſtum Ieſum pro te Crucifixum, id quod ſupra dictum eſt nu-
mero 2. infra cap. 2. quod Contrictio, Confeſſio, & Satisfactio,

non

Digitized by Google

non ſunt habitualis pęnitentiæ partes, ſed porrò actualis; ſunt autem pęnitentiæ habitualis, virtualiſquè actus, ac virtutes: per quam peccatori fit culpæ, pęnæquè remiſſio; quæ omnia, per illa intelliguntur verba Saluatoris Lucæ 13. dicentis, Niſi pęnitentiam habueritis: omnes ſimul peribitis, & non qui incepit, ſed qui perſeuerauerit vſquè in finem; hic ſaluus erit. Imò. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ, nimirum vitam immarceſcibilem, ac ſempiternam; Si ergo Contrictio, Confeſſio, & Satisfactio actus ſunt, atquè virtutes habitualis interioris Pęnitentiæ, per quam peccatori culpæ, pęnæquè fit remiſſio, qui poteſt confiteri, & poſt confeſſionem ſatisfacere, & non ſatisfacit, certè damnatur: quoniam certè habitualem non habet pęnitentiam, per quàm ipſi culpæ, pęnæquè ſiat remiſſio, ad quam, de ſuæ ſalutis neceſſitate, ſtare, ac perſeuerare debet ad finem vſque vitæ ſuæ, vt ſupra dixit Sapientia Patris increata. Non qui incepit, &c. imò eſto fidelis, &c. In qua habituali pœnitentia tres profectò continentur virtutes, contrictio, ſcilicet confeſſio, & ſatisfactio, quod in opere ſæpe tangitur; proindè ad veram Chriſtianam pęnitentiam requiritur. [Atque agendi. Pęnitentiam, ab ipſo impoſitam.

Nihilominus à Pœnitente ſunt duo adnotanda pro ſuæ ſalutis ſecuritate.

84 Primum, quod valet plus ipſi vnus Pater noſter, &c. à ſuo confeſſore impoſitus in Pœnitentiæ Sacramento, quàm mille voluntariè dicti; puta abſquè Confeſſoris impoſitione, quoniam per illum Pater noſter à Confeſſore impoſitum in Pęnitentiæ Sacramento, Chriſti diſpenſantur merita, quæ quidem ſunt infiniti valoris; qui valor infinitus non ita diſpenſatur, quando à pęnitente per propriam dicuntur voluntatem, orationes; qui valor infinitus in Sacramentis ex opere operato venit, & oritur, nimirum Chriſti, non verò ex parte operantis, ſcilicet Sacerdotis, vel ipſius pęnitentis.

85 Secundum, quod pęnitens poſſit facere, vt ſibi commutetur penitentia à primo Confeſſore impoſita, ſi tamen illam memoria habet, ac recordatur; & hoc tàm de caſibus, ac peccatis non reſeruatis, quàm reſeruatis, & quamuis apud aliquos contrarium videatur de reſeruatis, textantes quod ſicut Confeſſor inferior nō poſſet à caſibus, ac peccatis ipſis reſeruatis abſoluere abſquè ex-

præſſa

Digitized by Google

præſſa ſuperioris licentia, ita de eorum ſatisfactione, ac pęnitentia commutare; Non eſt hoc ſecundum veram doctrinam amplectendum, ſed benè, vt ſupra, ſeruandum, vt videre eſt apud Victoriam q. 211. Nauar. c. 6. num. 22. modo cauſa, ob quam ſibi pęnitenti, talem commutare facit pęnitentiam, ac ſatisfactionem, ſit legitima, iuſta, ac rationabilis; vt quando pœnitens ipſe eſt infirmus, vel pauper, & egenus, vel proximo maximum immineret ſcandalum: vel pęnitentia, & ſatisfactio valdè eſſet intolerabilis, vel ob aliquam cauſam ad ſuum non ſe poſſet præſentare ſuperiorem; in his caſibus, hiſquè ſimilibus occurrentibus: debent ipſe pęnitens, & confeſſor ſibi ipſis perſuadere, ac putare, de hoc contentum fore ſuperiorem, atque ipſis (ſi ſcilicet conſcius eſſet, talem concederet veniam, conſtans.) donare talem, à caſibus, ac peccatis reſeruatis ſatisfactionem, ac pęnitentiam, commutandi, ac relaxandi facultatem, quoniam ſuperiores, maximè Eccleſiaſtici, iugiter ad bonum vtilitatemuè ſubditorum tendunt: non verò ad ipſorum ruinam, ac damnationem, vt experientia probat.

Prò maiore huius caſus intelligentia, & enodatione, tria ſunt hic breuiter adnotanda.

Primum; quod quando ipſe pęnitens vult, ac poteſt ſibi facere commutare pęnitentiam, ac ſatisfactionem à primo confeſſore iniunctam, non requiritur per ſupradictos Doctores, alioſq; multos, vt ipſe ſua confiteatur peccata, & caſus, ob quos fuit ipſi talis pęnitentia, ac ſatisfactio impoſita; ſed tantum ſufficit ei caſum exprimere, ob quam non poteſt illam ſatisfacere, ac adimplere ſatisfactionem, & pœnitentiam à ſuo confeſſore primò impoſitam. 86

Secundum, quod circa hanc pęnitentiam, ac ſatisfactionem eſt adnotandum. Eſt quod ipſa eſt depurgatiua: non autem de præſeruatiua, ſic intelligendum puto; vt quando ſibi à prælato imponitur, vt reſtituat; vel nè ludat, vel ac ad meretricis domicilium incedat, vel ne in propria retineat domo, vel denique imperaret ipſi pęnitenti, vt cauſa macerationis carnis ieiunet, caſtiget, & in ſeruitutem redigat corpus ſuum, &c. ſupra quam pęnitentiam, ac ſatisfactionem, non ſolum non poſſet inferior, à ſuperiore impoſitam, commutare; verum etiam nec ab inferiore confeſſore iniunctam, & ratio meo iudicio eſt; quia pęnitentia, ac ſatisfactio, quæ per modum medicinæ præbetur, futurum, ſcilicet vi- 87

tantis

tantis peccatum, nullo modo commutari, ac relaxari licet; ægroto enim medicina ſanitatem, ſalutemuè minimè confert, ac præbet, niſi applicetur, & ab ipſo recipiatur.

88 Tertium eſt, quod ſupra dicitur. [Si eam in memoria habet, quandoquidem ſi quis pœnitens in memoria non haberet pœnitentiam, ac ſatisfactionem pro commiſſis, ac confeſſis peccatis; teneretur tunc ſua confiteri peccata, vt de ipſis pœnitentiam, & ſatisfactionem accipiat, ac ſatisfaciat, quoniam contrictio, & confeſſio parum proficiunt ſine ſatisfactione, quod in opere ſępe occurrit; ſi vero nec vnum, nec alterum ſua recordatur memoria, vtputa nec pęnitentiam, nec peccata, tunc pœnitenti ipſi ad ſalutem ſuam tantum ſufficit, talis pęnitentiæ, ac ſatisfactionis negligentiam confiteri, atq; bonam habere voluntatem illam in Purgatorio purgare, vel hic in hoc ſæculo propter Indulgentias redimere. Ad impoſſibile namque nemo tenetur; neque abbreuiata eſt manus Domini, vt alibi dictum eſt; & in hoc, verum eſt illud, quod aliqui volunt, quod ſcilicet pęnitenti bonam ſufficit habenti voluntatem omnia in Purgatorio purgarè; ſed non quando ſatisfactiones, vel peccata recordantur; quoniam ad veram Chriſtianam pęnitentiam requiritur. [Agendi atque pęnitentiam ab ipſo impoſitam; ſed hoc facere, ac ſeruare non ſufficit, ſed requiritur præterea. [Cum firmo propoſito; non redeundi amplius ad mortale peccatum.

89 XXI. Requiritur ad veram Chriſtianam pœnitentiam. Firmus propoſitus, non redeundi amplius ad mortale peccatum, iuxta illud. Mutet vitam: ſi vult accipere vitam. Sempiternam, ſcilicet, ac immarceſcibilem gloriam, vt Regius Propheta optimè fecit; qui Nathan Prophetam audiens dicentem, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum: non morieris. 2. Reg. c. 12: ſtatim humilior effectus eſt in meditatione peccati, ita quod cinerem ſicut panem manducabat, & potum ſuum cum fletu miſcebat Pſalm. 101: hinc Auguſtinus ad Iulianum Comitem Epiſt. 3. Si tranſgredimur in aliquo peccato, poſt Baptiſmum nimirum, fontem lachrymarum ordinauit nobis Dominus; pęnitentiam propter fragilitatem noſtram; ideò debemus noſtras confeſſiones veraciter confiteri, ac fructus dignos facere pœnitentiæ; ideſt peccatis præteritis, ne addantur peccata. Et D. Hieronymus. Si quis pœnitentiam ageret, nunquam peccata reiteranda putaret. Et ſapientiſ-

ſimus

Digitized by Google

imus Eccleſiaſt. cap.4. Agonizare pro anima tua, & vſq; ad mor-
em certa pro iuſtitia; inanis ergo, & vacua eſt ſpes, & contritio,
iulliuſque valoris, & momenti eſt fletus, & confeſſio; abſolutio,
k ſatisfactio ad ſalutem animæ, remiſſionemquè peccatorum;
ui talis animus firmus vacat non amplius ad mortale redeundi
eccatum, imo ipſi accidit illud, quod fortaſſe exijt in prouerbiũ:
Mercator tendens ad emporium cauſa lucrandi: ibi lucrum cum
apitali deperdit; non ſolum enim ea, quæ hoc continentur opu-
culo inania, ac vacua ſunt pœnitenti, quantum ad gratiam, &
loriam æternam obtinendam, verum etiam in maiorem incidit
lamnationem, cruciatumquè æternum; & ratio eſt; quoniam
confeſſo mortali peccato: nouum addit mortale peccatum: cum 10
re vnum diceret confeſſori: aliud verò corde intelligeret; vel vnũ
ommittit lethale peccatum, in ſe tot continẽs deformitates, quot
unt iam peccata confeſſa; magnopere propter hoc Deo ſummo
ono iniuriam præbendo, vt Eccl. c. 7. legitimè quæritur. Ve du-
lici cordi, & labijs ſceleſtis; propterea ad veram Chriſtianam pę-
itentiam firmum requiritur propoſitum, ac ſtabile non amplius
d mortale redeundi peccatum, aliaquè omnia, quæ infra haben-
ur, obſeruare, & facere; quoniam vnum, ſine altero, nullam
pem tribuit ad ſalutem, ac peccatorum remiſſionem, quam certè
ribuerent, ſi illa benè adoperarentur omnia, vt dictum eſt. In
ine ſunt duo breuiter aduertenda.

Primum, quod quando ſupra dicitur: firmum habere propoſi- 90
um, non amplius ad mortale redeundi peccatum: non eſt ſimpli-
iter intelligendum; puta, nè pecces amplius; quoniam ſi quis ita
ntelligeret pœnitens, maximum committere errorem, quoniam
liter eſt dicere: firmum habere animum, ac propoſitum non am-
lius peccandi: aliter vero eſt dicere ſimpliciter nè pecces. Nam
irmus animus, & propoſitum amplius non peccandi eſt actus in-
ellectus, ac rationis; ſed ne pecces amplius, voluntatis, &c. fir-
nus animus, & propoſitus non peccandi amplius optima quid: m
es eſt, atquè ſanctiſſima: preſumere vero non peccare de cętero,
naliſſimum eſt: quoniam eſt præſumptio, & nullus hominum
præſumendus eſt, non amplius peccare, vel dicens: Nunquam
peccabo, non credatur; omnes enim homines mendaceș ſunt, vt
habetur Pſalm. 115. Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo men-
dax, & Pſalm. 4. Filij hominum vſquequò, qui diligitis vanitatem,

 & quæ-

& quæritis mendacium. Et Regum 8. Non eſt enim homo, qui non peccet, ſed animum, propoſitumquè firmum habere poteſt, non amplius ſcilicet ad mortale redeundi peccatum, qui animus, firmumq; propoſitum ad ſalutem, remiſſionemquè ſufficit peccatorum, nam Deus, vt habet Conc. Trid. ſeſſ. 6. c.9. non reſpicit futurum, vt puniat, remittat, vel eligat ſtatum præſentem; ſic enim elegit Iudam, qui erat dignus ſecundum ſtatum præſentem ſicut, & Petrus, qui communione, oratione, & ſermone Chriſti melle dulciore præmonitus firmum habuit non peccandi amplius propoſitum, & tamen dubitare potuit de eo, quod accidit ipſi petitionibus ancillæ, &c. Chriſtum neganti.

91 Secundum eſt, & hoc ad recreandos pœnitentium animos, quod ſi ipſorum aliquis, omnia, ac ſingula confiteretur peccata, quorum haberet memoriam, quamuis aliquod omiſit, quod veniale putabat eſſe peccatum, atq; propoſitum habuit reuertendi, ac peccata, eorumquè occaſiones ſaltem proximas deſerendi, & per confeſſionem ſacrum adimplendi Sanctæ M. Eccleſiæ præceptum: non tamen habuiſſet firmum, ſicut oporteret, propoſitum, atq; ſtabilem, neq; veram habuiſſet contritionem, ac dolorem illum magnum ad conſequendum, cum ſacramento, gratiam, ſuorumquè peccatorum remiſſionem: credens illum habere, licet inſufficienter; cum talis non eſt expreſsè fictus; ſed. ſi ſaltem attritus eſt: non peccat mortaliter, neque Confeſſiones ſic imperfectè factas tenetur iterare ſecundum multos Sacros Doctores, ſpecialiter per Diuum Thomam 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 4. ad 1. Aliter namquè innumerabiles ſequerentur ſcrupuli, cum nullus prò certo ſcire poteſt, an veram habuerit perfectamq; contritionem, ac dolorem illum magnum, & vehementem de ſuis peccatis commiſſis; ſufficit de hoc tantum habere ſufficientes coniecturas, & quandò hoc modo ſit confeſſio, fictione recedente, confeſſio ipſa ad gratiam, & charitatem valère incipit per eumdem D. Thom. loc. cit. alioſquè Doctores, tamquam de Baptiſmo in mortali peccato acceptato, quod remoto obice, incipit ad gratiam, & charitatem diuinam valere; & quamuis apud aliquos oppoſitum videatur de pęnitentia, dicentes: hoc priuilegium ſolummodo Baptiſmum habere; hinc dicendum eſt propterea non ſolum hoc priuilegium proprium eſſe nedùm Baptiſmi, & Pęnitentię, verum etiam omnium Sacramentorum; non eſt enim maior

ratio

Digitized by Google

atio de vno, quàm de alio; cum omnia ipſa gratiam, & charitatem conferant diuinam ex opere operato Chriſti, non verò operantis, ſcilicet Sacerdotis. Dicitur, inquàm, ſupra non eſſe maiorem rationem, & vim in vno, quàm in alio Sacramento; hoc intelligendum eſt, quantum ad gratiam, & charitatem diuinam, quia in alijs, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, præualent cœtera Sacramenta; ipſa enim imprimunt charactèrem indelebilem in animam, qui etiam nec per mortem deletur, vt alibi dictum eſt; per hæc enim pœnitens quilibet ſcire poteſt ſalutem ſuam, puta quantum ad veram Chriſtianam pœnitentiam facere oportet, atq; operari, ad diuinam gratiam, & Charitatem conſequendā propter mortale peccatum deperditam: ac poſt mortem ipſam, cū Angelis cœteriſq; Beatis, in Cœlorum regno, Deo Vno, Trinoque frui, ipſumq; ſecurè æternaliter poſſidere.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

PARS SECVNDA,

IN QVA BREVITER AGITVR; quomodo recipiendus, interrogandus, ac dimittendus ſit pœnitens pro ſua facienda confeſſione veniens.

Caput Vnicum.

1 Perſoluimus in prima parte, quomodo ſe habere debeat pœnitens pro ſua ritè facienda confeſſione? in hac verò ſecunda parte eſt nobis inueſtigandum. Quomodo ſe habendus ſit confeſſarius in recipiendo, interrogando, ac dimittendo ipſum pœnitentem, ad ſe tanquam ad patrem ſpiritualem accedentem pro ſua facienda confeſſione? Habetur hic breuiter prò Confeſſore. Quia per retroſcripta ſciens, vt pęnitens, multa ſcire uenit, ut confeſſor maximè, ſicuti habetur prima parte cap. 3. pag. 30. vbi ad veram Chriſtianam pœnitentiam bonus requiritur confeſſor, puta vt nullum habeat mortale peccatum, quod ſi in mortali peccato confeſſionem auſcultat, vel Sacramentum aliud miniſtrat, ſeù miniſtrare intendat ſemper mortaliter peccat, non tamen in eo ſemper Sacramentalis requiritur confeſſio, niſi in Euchariſtia; ſufficit igitur in alijs Sacramentis contritio tantum. Verum eſt, quod in omnibus ſit ſemper conſulendus Sacerdos Sacramentalem facere confeſſionem, maximè quando facillimè obſeruare poteſt: nullus enim hominum ſcire poteſt abſquè ſpeciali Spiritus Sancti gratia, an perfectam habuerit contritionem, ac dolorem illum magnum, quem prò ſuis deberet habere peccatis? nec ſufficit Attritio, abſque Sacramento, vt in alio, &c.

2 Requiritur igitur in Sacerdote bonitas, & ſanctitas in Sacramentorum adminiſtratione, quoniam ipſe in Sacramentis miniſtrat, ac agit in perſona Chriſti dicentis 1. Diui Petri 1. Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum; ergo cum tam graue ſit Sacerdotale officium, maximè pro confeſſione obeunda, quæ eſt ars artium, & regimen animarum, vt moralis inquit Gregorius, & benè

:gere, ſicut & benè regi, donum eſt Dei ſingulare: cum ſit Con-
:ſſor à Pœnitente vocatus pro ſua auſcultanda confeſſione, pro-
et cautè ſeipſum prius, ſi forte conſcius peccati mortalis erit, per
onfeſſionem, vel per actum Amoris Dei ſuper omnia, qui dicitur
:haritas Dei, vel contritionem ſaltem dignus huius tanti Sacra-
nenti miniſter exhibeatur; dicendo nimirum ore, vel corde ſuam
ulpam de commiſſo peccato, cum firmo propoſito amplius non
edeundi ad mortale crimen peccati, ac ipſum tale peccatum (cum
empus erit opportunum, & confeſſoris copia habita) alteri con-
iteatur confeſſori, & ſic contritus, benèque diſpoſitus: cum ti-
nore, ac tremore ſurgat, haud quærens, quæ ſua ſunt, ſed ſitiens
.nimarum ſalutem: ad peccatorem accedens eum alacri ſuſcipi-
ns animo, ne ſe repentè rigidum oſtendat pœnitenti, illumque
erreat, atquè perturbet; debet enim Confeſſarius eſſe dulcis, af- 3
ſabilis, ac miſericors ad animandum pœnitentem, vt ei omnia
ulnera animæ ſuæ aperiat, ſciens, quod opus eſt in hac parte,
nagna vti prudentia, ſed Spiritus Sancti vnctio, ſeù gratia docet
le omnibus. Suſcepto igitur pœnitente, ſi non decenti modo ſe
gerit in genuflexione, alijſque ad tale Sacramentum requiſitis;
noneat dulciter ipſum, atquè leniter inſtruat, & doceat in ſpiritu
enitatis, qualiter ipſe Deo, non verò homini confitetur; qui Pa-
er eſt miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, mortem
peccatoris minimè volens, ſed magis eius ad ſe conuerſionem, &c.
Debet proindè pœnitens, reuerenter, ac verecundè sè habere, omni
cum humililate, ac ſubmiſſione, verſa ad terram facie non intuea-
tur Sacerdotis, Chriſti vicem gerentis in penitentiæ Sacramento
faciem, nec vanè ipſum conſideret; ſed ad latus ipſius genibus fle-
tis eius vultum ad reclinatorium vertat. Maxima eſt, circa mulie-
res cautela adhibenda: facies enim mulieris; ventus eſt vrens, vt
habetur Abacuch c. 1. & Eccleſiaſt. c.4. Propter faciem mulieris,
multi pereunt; diſpoſito pœnitente corporaliter; ei facere dicat
ſibi ſignum Sanctæ Crucis, quod hoc modo fieri debet. Primò
manum dexteram ponat in fronte, ac dicat. In nomine Patris, 4
nam Pater, vt D. inquit Auguſtinus, eſt principium Deitatis: de-
inde ſuper vmbilicum, ac dicat, & Filij, Filius enim æternaliter
procedens à Patre: deſcendit temporaliter in almæ Virginis vte-
rum; deindè ſuper ſcapulam ſiniſtram, trahens illam ad dexteram,
dicat. Et Spiritus Sancti; Quamobrem Spiritus Sanctus, proce-
dit

dit (ex vi ſuæ productionis) vt Amor, eſtq; veluti nexus Patris, ac Filij, ab vtroque procedens; & nos à ſiniſtra, ideſt à tribulationibus mundi huius tranſire ſperamus ad dexteram fœlicitatis æternæ; deinde eleuata manu, dicat, Amen, quod ſignificat, Fiat.

Poſt hæc faciat, quòd penitens in generali ſua confiteatur peccata, dicendo nimirum. Confiteor Deo omnipotenti, &c. vt in Miſſa dici ſolitum eſt, vſquè ad meam maximam culpam; quòd ſi penitens eſt ignarus, faciat ſecum dicere vulgari ſermone, hoc modo videlicet. Io mi confeſſo à Dio onnipotente, alla glorioſa Vergine Maria Madre di Dio, & à tutti Santi, & Sante, & à voi Padre, che io hò peccato in mali penſieri, in mal parlare, in mal oprare, & in molte omiſſioni, e di tutti i miei peccati, dico mia colpa, &c. & prego Dio, che mi perdoni, & voi padre, che m'aſcoltate, & che mi date l'aſſolutione, e la penitenza. Poſt hæc, antequam penitens ad ſua deſcendat confitendum peccata, in particulari de multis eſt interrogandus.

5 Primò ſi eſt excomunicatus, vel aliqua peccata habet reſeruata, vel caſus, quia ſi in aliqua eſt excomunicatione innodatus, ſiuè maiori, ſiuè minori, cum debet prius ab ipſa excomunicatione abſoluere confeſſor, quàm audiat, vel abſoluat à peccatis; eò quia excomunicatus, ſiuè maioris, ſiuè minoris excomunicationis, non eſt Sanctæ M. Eccleſiæ Sacramentorum particeps, vt in alio opere diximus; ſi verò confeſſor penitentem ab illa abſoluere minimè poteſt, ipſum, ad quem excomunicationis abſolutio ſpectat, conſultò dimittat; vel ipſe ad eum vadat, vt licentiam abſoluendi obtineat: qua obtenta primò pœnitentem ab excomunicatione abſoluat, poſtea verò à peccatis; ſi verò tantum peccatum habet reſeruatum, vel caſum in nulla excomunicatione adnexum, cogendus eſt pœnitens prius ſuo præſentari ſuperiori, vt ab eo facultatem obtineat ab omnibus abſoluendi peccatis, vt vna tantum de eis abſolutio fieret, maximè quando facillimè illam obtinère poteſt; ſi verò ire recuſat, nec ire promittit ad ſuperiorem quamprimum, vt ab eo facultatem obtineat à peccatis reſeruatis abſolui, nequaquam eſt audiendus, vel abſoluendus, ſed quidem dimittendus, quia impenitens eſt: dum non vult ſuperioris obedire mandatis, iuxtà illud Matt. 16. & 18. [Quodcunquè ligaueris ſuper terram: erit ligatum, & in Coelis.] Si verò promittit, quam-

mum ſe ad ſuperiorem præſentare, ac vult confiteri ad communi-andum, vel ad lucrandum indulgentiam, vel vt melius cum o bono infinito reconcilietur, audiendus eſt, atque abſoluen-s; ita tamen quod ipſe penitens omnia debeat confiteri pecca-nimirum tàm reſeruata, quàm non reſeruata, vt medicus ſpiri-ilis totam ægroti penitentis cognoſcat infirmitatem, ſicque de ccatis omnibus confeſſus, ac ſolum de reſeruatis non abſolutus ccatis; ad illum debet confeſſarius dimittere pœnitentem, ad em miſſurus eſt.

Secundò, quantum temporis eſt, quod ipſe pœnitens non eſt 6 nfeſſus; quoniam quiſquè tenetur ſaltem ſemel in Anno cum annos diſcretionis peruenerit confiteri, & communicari, vt p. omnis vtriuſquè ſexus, patet. Quod ſi non fuerit confeſſus, ortaliter peccauit, niſi de parochi, vel prælati ſui conſilio fuerit ſtrictus ſe abſtinère; ac toties, quoties non ſui parochi, vel præ-ti conſilio ſe abſtinère fuit adſtrictus, deliberato animo non fa-re, ac obſeruare propoſuit, etiam mortaliter peccauit. Anni ſi-idem diſcretionis, maximè quò ad communionem, ſecundum . Thomam, alioſquè DD. originem ducunt à decimo, vel vn-cimo anno, aut plus, aut minus, ſecundum quod malitia in tali ate viget; cum enim diſcernere ſciunt differentiam inter panem cramentalem, & panem, quo quotidie veſcimur, atque ergà ſum aliqua deuotionis ſigna demonſtrant, clariſſimum eſt pro-ctò, ipſos ad annos diſcretionis perueniſſe. Et in hoc ſtandum it eorum iudicio, qui ipſorum animarum ſaluti ſtudent, vt ſunt empli gratia. Pater, Magiſter, Tutor, Dominus, &c. Pueri, vel iellæ, qui poſt diſcretionis annos non fuerint inſtructi, non ſunt cilè de mortali condemnandi peccato, quamuis ſint acriter re-ehendendi; immò interrogandi ſunt, ſi infra annum fuerint in ortis articulo conſtituti, ac ſi non fuerint confeſſi, cum potue-int, dicat ipſis confeſſarius, eos commiſiſſe tot peccata mortalia, uoties fuit imminens mortis periculum; licet enim in Paſchate, anctæ M. Eccleſiæ confeſſionis præceptum adimpleuerit: non amen adimpleuit Iuris diuini mandatum, ac etiam Iuris natura-, quod confiteri obligat toties, quoties mortis periculum currit, t infra pag. 5. primæ partis pœnitenti dictum eſt.

Tertiò, ſi fecit pœnitentiam ſibi à ſuo confeſſore impoſitam 7 ro commiſſis, confeſſiſquè peccatis, quod ſi non fecit ex dolo,

pec-

Digitized by Google

peccauit mortaliter, & tenetur eam facere, ſi eam in memoria habet, ſi verò eam non recordatur; tenetur iterare confeſſionem, ſecundum veram, communemquè doctrinam, præcipuè per D. Anton. Ang. Sylu. Aemill. verb. Confeſſio num. 10. vt de peccatis ipſis penitentiam accipit, ac ſatisfaciat, quoniam Contritio, & Confeſſio parum proficiunt ſine ſatisfactione, eo quod eis vna penitentiæ pars deficit, nempè ſatisfactio; confeſſor verò poſſet eam commutare, ſi eam pœnitens recordatur, & hoc tàm de caſibus, & peccatis à quibus ipſe abſoluere poſſet, quàm de caſibus, & peccatis à quibus abſoluere non poſſet; & quamuis apud aliquos, oppoſitum videatur, ſicut etiam oppoſitum videtur, quod pœnitens non tenetur iterare confeſſionem pro ſatisfactione; nihilominus, vt ſupra ſeruandum eſt in tali caſu, ſecundum veram doctrinam principaliter per Victorium q. 211. ac Nauarrum cap. 6. num. 22. quando ſcilicet hæ conditiones currunt, puta, quando penitens eſt infirmus, vel pauper, vel ſcandalum magnum proximo imminèret, vel penitentia, & ſatisfactio nimis eſſet intolerabilis, vel ob aliquam cauſam ad ſuum ſe non poſſet præſentare ſuperiorem; in his caſibus, & his ſimilibus, debet putare confeſſor, de hoc ſuperiorem contentari, ac ipſi licentiam præbère, talem ſatisfactionem commutare, nam ſuperiores, ſpirituales maximè, ſemper ad bonum animarum ſubditarum protendunt, non verò ad earum ruinam, ac damnationem æternam, vt idem pœnitenti dictum eſt in p. p. infrag. 37. num. 85.

8 Quartò, ſi fuit confeſſus confeſſori, qui eum minimè poterat abſoluere, quod ſi fuit tali confeſſori confeſſus, etiam tenetur confeſsionem iterare; ſimiliter ſi erat omninò ignarus, & imperitus, neſciens diſcernere inter lepram, & lepram: puta inter mortale, ac veniale peccatum; niſi penitens ipſe fuiſſet in huiuſmodi doctus, ita quod talem confeſſorem potuerit de ſuis contractis peccatis inſtruere. Sed ſi confeſſor ipſum abſoluere non poterat: non fuit verum penitentiæ Sacramentum, ſiquidem deeſt abſoluendi poteſtas; Similiter, ſi tàm confeſſor, quam pœnitens ſint prorſus rudes, & ignari; præſumitur enim penitentiæ Sacramentum, ſuam non habuiſſe perfectionem; cum ad ipſum omnium peccatorum requiratur denudatio, ac pro eis conueniens ſatisfactio, vt idem penitenti dictum eſt infra pag. 34. primæ partis.

9 Quintò: ſi fuit confeſſus, atquè abſolutus cum animo, & volun-

tate

ıte peccata non relinquendi, ac Deo ſummo bono ſatisfaciendi, :l non fuit omnia, & ſingula peccata ſua confeſſus, quæ quidem ıortalia putabat eſſe peccata; quod ſi confeſſus fuit animo non :linquendi peccata, eorumquè occaſiones, ſaltem propinquas, ıortaliter peccauit, pęnitentiæ Sacramentum irreuerenter vioındo propter ſuam malitiam, & prauam intentionem; ac proine tenetur confeſſiones antefactas iterare, ſic imperfectè factas; ı illis etenim quas hoc modo fecit, non fuit vera pœnitentia; de.iit quandoquidem in illis pars principalior, nempè Contritio . non fuit confeſſionis integritas vni, & eidem confeſſario, & uorum recordabatur peccata; ſi tamen confeſſus fuit omnia, & ngula, quorum memoriam habebat, quamuis aliquod demiſeit, quod veniale putabat eſſe peccatum cum propoſito deſerendi eccata, ac per confeſſionem diuinæ ſatisfacere iuſtitiæ, Sanctæuè M. Eccleſiæ præcepto, non tamen ita firmam habuiſſet, ſicut ıporteret, intentionem, nec veram contritionem ad conſequenam cum Sacramento gratiam diuinam, credens illam habere, c ſatis in confitendo diligenter feciſſet, licet non ſufficienter, non :netur confeſſionem iterare, neque mortaliter peccauit: ſufficit :rgo vt quis de hoc ſufficientes habeat cõiecturas; vt idem dictum ſt in fine primæ partis num. 91. pag. 40.

Sextò, ſi odium habet contra proximum, vel aliquid reſtituen- 10 li, quod ſi odium contra proximum habet: cogendus eſt ad con:ordiam, & ſi remittere noluerit, audiendus minimè eſt, nec abſoluendus, niſi prius remittat, iuxta illud increatæ ſapientiæ di.tum Marci 11. Si vos non remiſeritis; nec pater veſter, qui in :œlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra; ſimiliter ſi aliquid habet eſtituendi, cogendus eſt ad reſtitutionem, maximè quando pecuıiam habet præ manibus, vel ſi rem furatam, ac iniuſtè acceptam eſtituere noluerit, atque in integrum damnificato, de omni damıo illato, ſatisfacere, non eſt abſoluendus, niſi prius reſtituat, vel lilationem habeat, vel donationem, modo donatio ipſa ſit libera, ıc ſponte facta, non autem ex timore, vel verecundia; porrò hoc :onfeſſoris, ac penitentis diſcretioni relinquitur; ſi autem ex cir:umſtantijs manifeſta comparent ſigna, vel dubitaret, quod non ſponte, ac liberè donaret, non debet confeſſarius pœnitentem à peccatis abſoluere, niſi prius reſtituat, & ſatisfaciat; quoniam pęnitens tutam debet habere conſcientiam in ſalutis inceſſu, & non

dubioſè circa hoc vincere, vbi de æterna peragitur gloria.

11 Eſt autem hic ſciendum; quod ſi quis penitens habet aliquod reſtituendi, ſed ipſius rei dominum ignorat, debet ei confeſſor imponere; tale diſpenſare pauperibus, vel Eccleſijs, etiam ſi reſtituendi quantitas magna fuerit; & quamuis apud aliquos oppoſitum appareat, vt videre eſt præſertim apud Hoſt. extra de vſura ſuper cap. Cum tu, &c. cum ſit extra de Iuris, atq; in ſum. de penitentia §. fin. puta, quod non poſſit confeſſor pœnitenti imponere, vt aliena incerta magni valoris reſtituat, vel eroget pauperibus, aut Eccleſijs, abſq; Epiſcopi licentia; non eſt certè, ſecundum veram doctrinam, ac magis comunem tenendum, præcipuè per Archidiaconum, qui de hoc ſpecialiter congerit quæſtionem, & notatur 14. q. 1. cap. non ſanè, qui etiam dicit, quod non ſolum raptor poteſt aliena incerta diſpenſare, ac reſtituere cuilibet, iudicio prudentis Sacerdotis, verum etiam laici, immò ſui ipſius, vt colligitur ex dicto capite. Cum tu, quoniam quilibet obligatus, onuſtuſquè licèt poteſt per ſe ipſum exonerare, modo non ſit in dieceſi, incertarum rerum reſtitutio Epiſcopo reſeruata, tunc enim aliter intelligendum, puta ſtare ſuperioris mandatis.

12 Si verò penitens reſtituendi habet, & vndè reſtituat, non habet, quia ſcilicet eſt pauper, tunc abſoluendus eſt; ad impoſſibile enim nemo tenetur, neque abbreuiata eſt manus Domini, modo iuramentum præſtet, firmumquè habeat animum, ac voluntatem, omnia in futuro ſatisfaciendi ad pinguiorem perueniendo fortunam, quod ſi in hoc vacat iuramento, firmoque animo, ac voluntate ſatisfaciendi in futuro, ſimiliter inabſolutus eſt demittendus, tanquam poſſidens, & habens, & reſtituere nolens; pauperi enim pro ſua obtinenda ſalute, remiſſioneque peccatorum, eſt neceſſaria bona reſtituendi voluntas, ad pinguiorem deueniendo fortunam, quantum diuiti eſt neceſſaria reſtitutio ſecundum præſentem ſtatum, audiatur Auguſtinus celeberrimus Eccleſiæ Doctor de hoc inquiens. Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Et hoc intelligitur ſecundum Chriſtianam diſciplinam, tantum in propoſito, quantum in actu.

13 Septimò, ſi examinauit benè conſcientiam ſuam de iam commiſſis peccatis, quod ſi nullam examinationem fecit, vel adeò modicam, vt pro nulla, moraliter loquendo, reputari poſſit, non eſt audiendus, ſed certè dimittendus, vt melius ſuam examinet con-

Digitized by Google

cientiam, & deinde redeat, niſi mortis periculum adſit, iuxta illud Ezechielis 18. In quacunquè hora, &c. aut aliquod pateretur lamnum futurum, puta dum ab ipſo ſumenda eſſet Euchariſtia, quæ quidem nequeat ſine grauiſſimo ſcandalo differri, eſt propterea in tali caſu penitens (qui maiorem deberet facere de ſua conſcientia examinationem, ſi hoc non vrgeret periculum, aut ſcandalum) dignus exiſtimari à confeſſore, ſicut, & ceteri per ſeipſos benè diſpoſiti, ac examinati. Hoc proinde Confeſſarij prudentiæ relinquitur conſiderandum.

Octauò, ſi venit cum propoſito in melius vitam ſuam mutandi, ac ſi dolet ſe de iam commiſſis peccatis, firmiterquè in futurũ, ab eis abſtinẽdi proponens; quod ſi in eo contritionis indicia non apparent manifeſta, non eſt ſtatim dimittendus, ſed patienter audiendus, atquè ad veram exhortandus contrictionem, Diuus enim Thomas ait. Sepè homo ſub confeſſoris manu de attrito, fit contritus, ſi tamen ad peccata redeundi habet propoſitum, vel ſi non habet reuertendi propoſitum, tamen nolit peccatorum mortalium euitare occaſiones, ſaltem proximas, cum poteſt; non eſt profectò abſoluendus, ſed dimittendus, & exhortandus, vt melius conſulat animæ ſuæ, ſi verò ſigna manifeſta non apparent, quod ſcilicet talis pœnitens non ſit contritus, ſed confeſſarius precifiuè ad hoc ſe habeat ex vì indiciorum. Debet ipſe benigniorem partem in gratiam penitentis eligere, & ipſum ad veram inducere (quo ad fieri poteſt) contritionem. In dubio enim melior eſt conditio delinquentis. 14

Diſpoſito igitur ad veram contritionem penitente, eſt ipſi à confeſſario dicendum, vt ipſe per ſe ipſum ſua dicat, ac aperiat peccata commiſſa, ſaltem quæ memoriæ occurrunt, vt ſic verificetur illud Spiritus Sancti dictum, ideſt iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis, & alibi. Dic tu peccata tua, vt iuſtificeris, quod ſi non vult confiteri, niſi de eis, de quibus interrogabitur, animo proponẽs, ac voluntate aliquod tacère mortale peccatum, ſi de eo non interrogabitur à confeſſario: non eſt in bono ſtatu, quoniam quantum in ſe eſt, vult penitentiæ Sacramentum violare, ſi verò vult libentius interrogari, quàm per ſe ipſum dicere, (cum animo tamen, ac voluntate omnia, ac ſingula ſua peccata quorum memoria habetur) dicendi confeſſario: quando nimirum ab eo non interrogaretur, non eſt damnandus, ſed adiuuan- 15

dus, eiquè dicendum, vt ipſe primum dicat ſua peccata, ſaltem quorum recordatur cum debitis circumſtantijs, præſertim quoties commiſit tale, vel tale peccatum intra talem, vel talem ſpeciem peccati videlicet adulterij, ſimplicis fornicationis, furti, blaſphemiæ, &c. ac proinde debet explicare numerum ſaltem ſecundum groſſam exiſtimationem. Nam alioqui non poterit confeſſor, qui eſt medicus ſpiritualis, penitentem infirmum vulneribus animæ mortiferis ſauciatum reſanare, niſi ei talia detegantur ipſi à penitente vulnera, maius enim vulnus in anima facit peccatum centies repetitum, quàm ſemel perpetratum, &c. ac maiori vulneri in-
15 terdum maior datur medicina. Poſtea verò ſupplendum erit à confeſſore, vbi penitens ipſe deficit. Si verò ipſe confeſſor neſcit penitentem, cum de ſtatu ſuo interroget, puta, an ſit coniugatus, vel coniugata, cuius ſit exercitij, vel artis, &c. Ex quibus eum, vel eam conuenienter interrogare poſſit, non enim oportet interrogare ipſum de omnibus, ſed iuxta conditiones cuiuslibet, oportet, interrogationes formare, puta

16 Sacerdotem, Clericum, ſi aliquem ordinem per ſymoniam accepit, vel excomunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, vel ante ætatem legitimam, vel ſine ſuperioris licentia, vel aliquod notabile in ordinem recipiendo dimiſit, vel diuina officia non dixit, vel Sacramentum aliquod in mortali peccato exiſtente miniſtrauit, vel miniſtrare intendebat, vel miniſtrando illud ex materiæ, vel formæ, vel intentionis defectu, non fecit ritè Sacramentum, &c.

17 Superiorem Ciuitatis; ſi propter increpationem, non iuſto titulo dignitatem, vel regimen, vel Ciuitatis dominium obtinuit, vel ambitioſus ad dignitatem fuit, vel ad regimen minus aſpirans, ac ſi iuſtitiam intendit negligere ad inquirendum amicos, alijſquè, &c.

18 Iudicem, Aduocatum, Procuratorem, Notarium, ſi ex ignorantia, vel malitia certa damnificauerunt clientulos, vel cauſas defenderunt iniuſtas, vel ſi produxerunt falſas leges, falſoſquè teſtes, vel produci fecerunt, vel cum poſſint cauſas determinare: eas nimis prolongauerunt, vel appellauerunt iniquè à ſententia iuſta, vel aliquem iniuſtè vexarunt, vel teſtati ſunt falſum.

Prætcrea Notarium. Si inſcribendo teſtamenta, contractus, donationes, aliaſquè neceſſarias ſcripturas fidelitatis, ritum, vel Iuris non obſeruauit, vel ſcriptæ, eas lacerauit, occupauit, vel eas

peti-

Digitized by Google

ƿetitas non dedit poſtulanti, cui erant neceſſariæ, maximè pro animæ beneficio propriæ, vel proximi, vt legata pia, & id genus.

Item Medicum; ſi poſuit ſe ad practicandum in medicinis abſq; ſufficienti peritia, ac experientia, vel ſi parum, vel nihil ſtuduit, exponendo ſe in periculo occidendi homines, vel ſi fuit peritus, dimiſit circa infirmos, quos habebat in curam, aliquod notabile, vel conſilium, vel remedium dedit prægnantibus ad occidendum pueros, vel ne natura ſuum poſſit exequi effectum, nimirum filios generare alijſue, &c. 19

Aromatharium, ſi in medicinis non poſuit ea, quæ medicus ordinauit, cum non habet, vel ſi habet, offendunt, vel ſanitatem nō operantur, quàm certè operarentur, ſi benè illas feciſſet, ac compoſuiſſet medicinas, ſi docuit, vel vendidit ea, quæ abortum procurant ad iſtud faciendum, alijſq; &c. 20

Artificem, ſi vtitur auro archimiato, vel illud pro puro auro vendit, vel aurum minus purum, prò magis puro, ac ſi emit calicem ſacrum non confractum per ſe, quod quidem prohibetur, alijſquè, &c. 21

Inſtrionem, Muſicum; ſi fecerunt repræſentationes illicitas, vel in Eccleſijs organis pulſauerunt ballatas, alijſquè, &c. 22

Mercatorem, Capſorem, Pioſonetam, ſi miſerunt arma, lignamina ſecum etiam quæcunquè mercimonia gentibus nomini Ieſu Chriſti, inimicis, quibus vltra peccatum mortale, papalis eſt fulminata excomunicatio in Bulla Cœnæ Domini, ſi expreſſa licentia non habent à Papa, ſi vendiderunt merces maiori pretio, ac valebant: alijſq; &c. 23

Locatorem equorum; ſi ſcienter equos nimis periculoſos locauit, vel cum illis alijs graue intulit damnum in prædijs, &c.

Tabernarium, Hoſpitem; ſi vendiderunt vnam meri ſpeciem pro alia, vel limphatum, prò puro, vel ad clarificandum, & colorandum vinū miſcuerunt aliqua corporibus nociua, vel plenas non dederunt menſuras, vel in taberna peſſimos tenuerunt, ac ſi meretrices, vel alia hiſcè ſimilia.

Piſtorem; ſi panem fecit nimis ponderoſum, ita quod emptores ſint decepti, vel ſi vendidit illum non pondere à ſuperiore ordinato, & prefixo, vel ſi farinā minimè bonā aliqua ſua malitia velatā, & artificioſè cōpactā, pro bona illam vendidit, vel ſi panē cōpoſuerit interiecta aliqua quantitate ſulphuris, & his ſimilia. 24

Ma-

25 . Macellarium; ſi vendidit carnes corruptas pro ſanis, vel ſi vnam ſpeciem pro alia, vt caprinam pro caſtrato, &c. vel ſi pondus diminuerit, ideſt vndecim vncias pro libra, vel ſi manu ſua nimis expedita, & fraudulenta, impulſum dederit ſtateræ, vt vì diſcenderet altera pars, vbi caro reſidet venalis, & ſic vtinam non eſſent omnes huius profeſſionis homines, propterea circa iſtos ſit cautus, & ſtudioſus confeſſarius in interrogando.

26 . Sutorem pannorum; ſi illud ſibi de panno, vel ſerico dato, &c. remanet, & reſeruat pro ſe, quæ omnia erant ipſi data pro veſtitu complendo, vel ſi noctibus, ac diebus feſtiuis, abſque magna neceſſitate laborauit, vel nouas vanitatum propagauerit inuentiones, & his ſimilia.

27 Obſtetricem; ſi formam ſapit Baptiſmatis, ipſiuſquè materiam, verumquè baptizandi modum, vnuſquiſquè enim ſapere debet artis ſuæ neceſſaria, maximè in hoc Sacramento, quod eſt tantæ neceſſitatis: confeſſarius proinde minimè errat omnes interrogando pœnitentes mulieres. An ſcilicet huius Sacramenti Baptiſmi formam ſciant, ipſiuſquè materiam quoniam dum quilibet Chriſtianus, hoc Sacramentum in neceſſitate extrema poteſt, ac debet ipſum miniſtrare, ita ipſorum quilibet huius Sacramenti Baptiſmatis formam, eiuſquè materiam ſcire debet, vt rectè, neceſſitate vrgente, ipſum miniſtrare poſſit: unde ego interrogare volens mulieres in villis moram facientes dicentes mihi, quòd pueros baptizarunt in neceſſitate, ipſas inquam interrogaui ſic. Quomodo ò mulieres vos geritis circa hoc extrema vrgente neceſſitate? quæſo, vt dicatis mihi modum aliquæ dixerunt, quòd accipientes aquam, ſic verba protulerunt, videlicet. [Io ti Battizo in nome di Dio, & della Madonna]; aliquæ verò mihi interroganti ſic reſponſum dederunt, videlicet: quòd vna ipſarum dicebat, verba alia verò aquam apponebat, ò portentum ſanguineis lachrymis certè dignum! ò miſeria ingens humanæ ignorantiæ! Videas quæſo pie lector, quàm magna ſequatur animarum perditio ob confeſſorum, prædicatorumq; negligentiam, populos docentium fabuloſa accidentia potius, quàm veram materiam, & formam baptiſmi, eiuſquè legitimum modum, qui profectò hoc debet fieri modo; nimirum. Vnus tantum aquam accipiat naturalem illam ſuper caput pueri infundens, dicat ſic. [Ego tè baptizo in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen.] Vel vulgari ſermone.

none. Io ti battizo in nome del Padre, ✠ del Figliolo, ✠ e dello Spirito Santo, ✠ Amen. Non autem vna dicat verba ſupradicta, & alia aquam infundat, quacunquè etiam cauſa, vel neceſſitate vrgente; in Sacramentis enim vnus debet eſſe miniſter faciens totum in perſona Chriſti Domini excellentis, qui quidem eſt vnus, vt in alio opere dictum eſt.

Vxoratum, uxoratam; ſi circa matrimonium ad inuicem fidelitatem promiſſam ſeruauerint, ac verum cocundi modum non præterierint, ſi prouiderint magnis filiorum, ac ſeruorum neceſſitatibus, cum potuerint, ſi adhibuerint debitam diligentiam, boni eſſent coram Deo, nimirum communicandi poſt confeſſionem ſuorum peccatorum, atque in feſtis ſacrum audiendi, aliaue, quæ ex Dei, ac S. M. Eccleſiæ ſunt præcepto ſeruanda, vel eis verba dixerint contumelioſa, vel eos blaſphemauerint, vel ad hoc prouocauerint eos, & his ſimilia. 28

Mulierem; ſi ornauerit ſe decenter, ſuperpoſitos, ac fictos capillos ferendo, qui alieni erant, vel ſe colorando minio, vel etiam paruo ſtibio, vel figmenta aliqua (quæ quidem diaboli catenæ, ac vincula ſunt) corpori ſuo adhibendo, quæ certè ipſi non licent, ac ſi licent, an fecerit, & adhibuerit talia, mala cum intentione, & voluntate, vt nimirum homines prouocandi ad ſui amorem, & concupiſcentiam? &c. 29

Filios, filias, aliaſquè ſubiectas perſonas, ſi obedientes extiterint Parentibus, ſuperioribus, aut eorum bona, quorum habebant curam an diligenter cuſtodierint, & his ſimilia. 30

Per omnes artes, conditioneſquè debet confeſſor diſcurrere, pro vt neceſſitas pœnitentis expoſcit, nam tàm maſculi, quàm fęminæ ſunt in omnibus interrogandi, ac maxima eſt cautela adhibenda circa iuuenculas, & circa ſimplices pueros, ne eos doceamus ea, quæ neſciunt, ſcilicet in explicandis peccatis, ac circumſtantijs obſcęnis verbis vtatur honeſtis quantum poteſt, ac ſuperfluas interrogationes fugere; hæc enim verba obſcęna magis ſenſum prouocant, & excitant ad Venerem pręſertim; idcirco ad particularia deſcendere: iubet Plato quieſcere. 31

Audito, atquè benè de ſuis peccatis interrogato pęnitente, (vnde confeſſor pęnitentis conſcientiam ſubtiliter perſcrutari debet, tanquàm Iudex rei cauſam, & medicus vulnus, unicuique morbo, ac defectui oppoſitum adhibere medicinalem, ac ſalutiferum 32

Digitized by Google

remedium, & quantò anima eſt corpore perfectior: tantò diligentius debet conſcientiam emundare, quàm corpus ipſum ſtercoribus quippè plenum, & caducum curare; ac proindè ne ſit tepidus in ſcrutinando animæ vulnera; ſæpè enim (ut dici conſuetum eſt) latet anguis in herba: debet confeſſarius ipſe deinde, antequam abſolutionis formam proferat, ſuper penitentis peccata benè conſiderare, num ex auditis peccatis, ac ſceleribus ipſius penitentis aliquid ſit proximo reſtituendum? uel an ſit aliqua excomunicatio, uel peccatum aliquod reſeruatum? Quod ſi in talibus penitentem ipſum innodatum comperit: debet tunc cum eo procedere, ſicut dictum eſt in prima, & ſexta interrogatione: ſi uerò dignum ipſum reperit abſolutione ſuorum peccatorum: eſt ipſi penitenti à confeſſore diſcreta iniungenda penitentia, ne propter ipſam alteri faciat præiudicium, ut uiro, uxori, ſeruo, Domino; uel contra eſt tàm diſcreta iniungenda pœnitentia, ita quod maximis peccatoribus (qui non multam oſtendunt ſuorum peccatorum contritionem, maximè quando ueretur confeſſarius ipſe, quod nec magnam, nec paruam, ſiuè mediocrem faceret penitens ipſe de ſuis ſceleribus penitentiam, quamuis magnam mereretur pro illis) iudicio prudenti ipſius confeſſarij, talis tribuatur ſatisfactio, & pœnitentia pro ſuis commiſſis peccatis, ut illam ſine dubio eſſet facturus libentiſſimè. Nihilominus confeſſarius ipſe debet ipſum pœnitentem hortari, ut melius, & copioſius per ſe ipſum Deo omnipotenti ſatisfaciat.

33 Similiter illis, qui excellentem doloris contritionem oſtendunt: modica eſt iniungenda pœnitentia; contritio enim omni exteriori pœnæ, ac ſatisfactioni longè æquiualet; mediocriter uerò contrito mediocris eſt imponenda penitentia, prout prudens iudicium ipſi dictauerit confeſſario.

34 Porrò in omnibus eſt aduertendum confeſſionibus, quod non ſolum pœnitentibus pro præteritorum peccatorum ſuorum pœnitentiæ, ac ſatisfactiones infliguntur, uerum etiam pro animæ medicamento tales penitentias & ſatisfactiones confeſſor iniungit pœnitenti; quæ quidem animæ ſalutis ſunt media ſalutifera: non uero ruina, & perditio; vnde confeſſor iugiter à contrario debet pœnitentibus iniungere pœnitentias medicinales: nam ut dici ſolet in Medicina [Contraria contrarijs curantur] propterea ſuperbo humilitatem; inuido Charitatem fraternam; iracundo

Digitized by Google

ſundo patientiam; Accidioſo bonorum operationem, & æternalium gaudiorum magnitudinem contemplationem, ſicuti etiam inferorum crudeliſſimas, ac ſempiternas pœnas conſiderationem; Auaro eleemoſinam; Guloſo ieiunium, & abſtinentiam; Luxurioſo continentiam, & caſtitatem; ſi verò pœnitens dicit, non poſſe illam adimplere pœnitentiam, quæ ab ipſo eſſet pro ſuis facienda peccatis, debet confeſſor eum inducere ſuauiter, ac dulciter, vt ipſam faciat, ac adimpleat, declarando nimirum ipſi ſuorum turpium delictorum grauitatem, ac numerum, &c. Quod ſi non poteſt, licet deberet, vnum ſaltem Pater noſter, pro pœnitentia iniungat, nè illum deſperatum dimittat, ac ſi nec vnum vult dicere Pater noſter, non eſt abſoluendus, quoniam prorſus fictitijs innititur, & nullam habet circa hoc tantum Sacramentum reuerentiam, ac proinde ſuorum peccatorum licet confeſſorum abſolutione indignus exiſtit, & incapax, cum pœnitentiæ ordinem nequeat obſeruare, in quo tria ordinatè concurrunt ſimul, & ſemel nimirum contritio, confeſſio, & ſatisfactio, quod ſœpè in opere dictum eſt, at ſi quis dicat, quod pęnitenti animum habere ſufficiat, omnia in purgatorio purgari!

Reſpondeo, quod hoc eſt dictum mendacijs plenum; nam ſi vnum non vult in hoc ſęculo (pro ſatisfactione ſuorum delictorum) dicere Pater noſter, quomodo dicit ſe velle illam magnam pęnitentiam, ac ſatisfactionem, quam pro ſuis deberet facere peccatis, in illo acerbiſſimo Purgatorij igne, ac incendio purgari, & ſatisfacere, maximè quando peccata, ac ſummi Dei offenſa ſunt multa, ac grauiſſima pro quibus multum deberet diuinæ ſatisfacere Iuſtitiæ, quod dictum eſt in p. p. pag. 35. 36

Diſpoſito itaque pęnitente ad omnia animæ ſuæ neceſſaria, videndum eſt. Vtrum ſit aliqua excomunicatione innodatus? quod ſi talis extiterit pœnitens: debet confeſſor ipſum prius ab ipſa excomunicatione abſoluere, & deinde à peccatis, vt idem dictum eſt in interrogatione prima, in qua excomunicationis abſolutionem quatuor pręcedere debent, puta. 37

Primò. Iuramentum, vt pęnitens ipſe iuret ſtare Sanctæ Matris Eccleſiæ mandatis, ſeù ipſius abſoluentis parere præceptis, qui Eccleſiæ repræſentat perſonam. 38

Verum quidem eſt, quod de pueris multi dubitant, an ſcilicet abſoluens debeat ab eis tale exigere iuramentum? Eſt autem hic

Digitized by Google

dicendam, quod illa ſacrorum DD. opinio (quæ dicit, quod tantùm deberet ab eis iuramentum exigere pro criminibus horrendis, ſeù maioribus) ſit magis rationabilis, hoc autem Epiſcopi, ac confeſſarij diſcretioni, & prudentiæ relinquitur.

39 Secundò. De omni damno dato ſatisfactio, vel cautio ſi non poteſt per præſentem ſatisfacere.

40 Tertiò. Mandata rationabilia, ac maximè quod contra illum Canonem, in quem deliquit, nunquam impoſterum incidendo, reperiatur, vt incendiario, quod nunquam incendat.

41 Quartò. Oratio, debet enim excomunicatus ſcapulas, vel ſcapulum denudare, & confeſſarius ipſum virga percutere, dicendo. Miſerere mei Deus, &c. qui profectò eſt Pſalmus ad pœnitentiam ſpectans, vel alium pſalmum huius ordinis. Quo finito, dicat Kyrie eleiſon: Chriſte eleyſon: Kyrieleiſon. Pater noſter, &c. & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo, Amen. ℣. Saluum ſac ſeruum tuum, vel ancillam tuam. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo, vel in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere; ſuſcipe depræcationem noſtram, & famulum tuum, vel famulam tuam, quem, vel quam excomunicationis ſententiæ catena ligat: miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Deindè dicat abſolutionem cuius forma talis eſt. Authoritate omnipotentis Dei, ac BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ & noſtra, vel authoritate mihi commiſſa, ac tibi conceſſa, abſoluo te à tali ſententia, vel à tali excomunicatione, in quam incurriſti propter talem, ac talem cauſam & toties quoties eam incurriſti, ac reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ Dei, & communioni, ac vnitati fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen. Et hæc talia dicendo verbo verberat ſœpe ſœpius penitentem.

42 Sciendum eſt. Quod quamuis prædicta ſint obſeruanda, non tamen ſunt de huiuſmodi abſolutionis ſubſtantia, quæ quidem poteſt ſimplici verbo fieri, puta. Abſoluo te, vel benedico te, vel volo, quod ſis abſolutus, non habet hæc excomunicationis abſolutio determinatam formam, ſicuti à peccatis abſolutio, vnde propter aliquam rationabilem cauſam, præfata ſollemnia, prætermitti

Digitized by Google

mitti poſſunt, maximè verberatio, & hoc præcipuè circa mulieres, in eis enim, vel omninò eſt dimittenda, vel ſuper veſtimenta facienda propter honeſtatem. Data igitur excomunicationis ab- 43
ſolutione, eſt à peccatis proferenda abſolutio, & quia excomunicatio minor facit, quod penitens non ſit Sacramentorum particeps, vt ſunt alij fideles, debet eum confeſſarius prius ab excomunicatione abſoluere minore, maximè cum excomunicatis maioris excomunicationis participationem habens. Et quia facilè homo in excomunicationem incurrit maiorem, poteſt etiam eſſe, quod ipſe pœnitens ſit maiore excomunicatione excomunicatus ignorans, ad maiorem cautelam, iàm conſuetum eſt, in omni abſolutione à peccatis, prætermitti abſolutio ab excomunicatione, & ſit tota cum condictione, hoc modo videlicet. Si teneris aliquo vinculo excomunicationis, à quo poſſum te abſoluere, ego abſoluo te, ac reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ Dei, communitati, & vnitati fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, atque intendes facere, & mala, quæ patienter ſubſtines, ac ſubſtinèbis, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, & in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. In nomine Patris, ✠ &c. Sunt autem hic in fine notanda, ac pro vberiore doctrina quatuor conſideranda ipſi confeſſario.

Primò. Si pœnitens ſit clericus, illis verbis. [Si teneris aliquo 44
vinculo excomunicationis maioris, vel minoris, iniungantur hæc alia.] Suſpenſionis nimirum, & interdicti, in quantum-e, &c.

Secundò. Quod de huius abſolutionis ſubſtantia tantum eſt 45
verbum illud (abſoluo te) cœtera verò ſunt diſpoſitiones, vt Miſereatur tui, &c. Indulgentiam, & abſolutionem, &c. ac virtutes quædam, vt ſcilicet pœnitenti iniuncta pœnitentia, & ſatisfactio maiorem vìm, & robur conferant, ab eoque peccata pereant, ac deſtruantur.

Tertiò. Si pœnitens à Summo Pontifice plenariam habuerit 46
abſolutionem à peccatis in vita ſua, ſeù quando fuerit ſanus; Sic eſt ei danda à peccatis abſolutio.

Authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac BB. Petri, & Pauli, & Domini Papæ N. mihi, & tibi conceſſa, & in quantum debeo,

ac poſſim, ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ &c. Eadem authoritate do, & concedo tibi omnium peccatorum tuorum, & pœnarum pro his debitarum indulgentiam, & remiſſionem, quantum claues S. Matris Eccleſiæ ſe extendunt, & quantum beneplacitum extiterit in oculis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſecundum quod Summi Pontifices conſueuerunt ſpecialiter impertiri, quæ quidem plenaria indulgentia ſit tibi in augmentum virtutis, & gratiæ, atque in acquiſitionem vitæ æternæ, in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen.

47 Quartò. Quod ſi hæc gratia tantum pœnitenti in mortis articulo fuit conceſſa, illa verba (quæ quidem plenaria) tollantur, & interponantur hæc, puta ſi de hac infirmitate decedes, vel ſi hac vice morieris, vel ſimilia; aliter, ſibi gratia facta, integra remanet, quouſquè fueris in morte conſtitutus. deinde ſubiungantur illa verba (quæ quidem plenaria) hæc ſequentia verba antecedentibus adiuncta. Eſt pœnitens ad bonorũ operum perſeuerantiam exhortandus, ac demũ dimittendus, & Deo ſũmo bono cõmẽdãdus; proinde hęc dicta ſufficiant pro hac ſecunda parte.

†

Finis Secundæ Partis.

PARS TERTIA,

QVÆ PER INTERROGATIONIS MODVM, de Anima rationali procedit, alijsue ad ipſam pertinentibus, non minus Lectori neceſſaria, quàm alia in opere contenta.

De Animæ rationalis Eſſentia, quid nimirum ipſa ſit, & à quo creatur.

Caput I.

EX Nauarro, præludio primo Anima rationalis, eſt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, incorporea, atquè immortalis, à Deo intra corpuſculum creata, nimirum infundendo creat, & creando ex nihilo, infundit ipſe Deus, creare namq; eſt aliquid ex nihilo, ideſt ex nulla præexiſtente materia facere, quod profectò ſolius Dei optimi proprium eſt, qui ſolus habet potentiam illimitatam, ac infinitam; & non eſt qui eius poſſit reſiſtere voluntati propter potentiam obedientialem in ipſis creaturis contentã. Porrò ſi Peripateticã definitionem Animæ rationalis habere deſideras, ſic eam lib. 3. de Anim. tex. 4. & 5. definit. [Anima eſt actus primus corporis phyſici organici, potentia vitam habentis.] 1

An Anima corpori infuſa, ſit ſtatim per omnia, & ſingula membra? An verò prius in vno, quàm in alio? 2

Reſpondetur Animam rationalem, cum ſit ſpiritualis res à Deo creata, non habere partes, corporis partibus correſpondentes, quas informat, vt irrationalis, ſeu materialis, & diuiſibilis anima exempli gratia equi, plãtæ, &c. ſed ſtatim à Deo creata, tota eſt in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis: cum omnibus potentijs ſuis, viribuſquè naturalibus; & quamuis apud aliquos DD. interdum legatur, quod cor eſt animæ ſedes, non intelligitur, quod ſolum in corde anima regnet, vel tempore aliquo ſit in eo prius infuſa, ſed quia principaliter operetur in illo, ſicuti Deus Opt. Max. qui eſt totus in toto Mundo, & totus in qualibet ipſius mundi par-

Digitized by Google

te: eſt nihilominus in cœlo peculiari ratione operans, iuxta illud pſalmi 102. Dominus in cœlo: parauit ſedem ſuam.

Hic eſt notandum, quod anima rationalis è ſuo egrediens corpore, non ſic repente ab illo exit, ſicut in eius membris infunditur. Anima enim in agonia conſtituta, non ſic celerrimè ad ſe reuocat vires naturales per ſingula membra corporis diffuſas ab inſtanti ſuæ creationis, illa nimirum ſubitò mortua, & inanimata reddendo, ſed gradatim vnum membrum poſt alium inanime redditur, vltimum verò quod moritur eſt cor, quod profectò fuit primum in fabrica corporis, primum, ſunt oculi, qui vltimum fuerunt membrum in generationis virtute efformatiua.

3 Porrò dicitur ſupra (ſicut irrationalis anima, nam anima irrationalis poteſt prius vnam corporis partem informare quàm aliã, ac poteſt in multas diuidi partes, vt experientia docet de Anguillis, quæ in multas partes diuiſæ adhuc vitam degent, & ratio huius eſt, quoniam ipſæ habent partes, & partes corporum partibus (à quibus fuerunt eductæ) correſpondentibus, ac proinde ex potentia materiæ productæ, vel factæ dependenter ab ipſa, vel etiam cum ipſa concreatæ, & comproductæ, vt Geneſeos, 1. ſacra canit hiſtoria. Producat terra animam viuentem in genere ſuo, &c. at Animam rationalem Deus creare volens, non dixit producat terra, vel aqua, &c. Sed faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, vt ſcilicet ſignificaretur nobis animam ex nihilo fuiſſe à Deo creatam, & quoniam Deus ipſe eſt immortalis, æternus, & à rebus inſeparabilis ſaltẽ, vt eſt Author naturalis ipſarum, ſic & anima rationalis eſt immortalis, æterna ex parte poſt, inſeparabilis à nobis in alia vita, vt alibi erit ſermo.

4 Quot diebus à Deo infundatur anima rationalis corpori?

Reſpondetur, quod multæ ſunt ſuper hoc Philoſophorum ſententiæ, tamen ſecundum opinionem magis communem, præſertim per Ariſtotelem lib. 7. hiſt. animal. c. 3, & 9. & Plinium lib. 7. in cap. 6. in maſculis in quadraginta diebus: in fœminis verò in octoginta, vel nonaginta infunditur à Deo anima corpori, vndè ſacri DD. illud notant Leuit. c. 11. Mulier, quę peperit marem abſtineat ab ingreſſu templi quadraginta diebus, quæ verò fœminam, octoginta.

5 Cur à Deo in fęminis in diebus octoginta anima infundatur, in maſculis verò in quadraginta, & nõ in octoginta, vel quinquaginta in omnibus?

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur, quod anima rationalis, cum ſit plenè perfecta, à Deo non datur corpori, niſi plenè perfecto, & cum ſemen illud in mulieris matrice coagulatum (per quod fęmina generatur) ſit in maiori gradu frigidum, quàm illud, per quod generatur maſculus, idcirco expoſcit plus temporis, vt ex ipſo corpuſculum rectè organizetur, ob id infuſio animæ in fœminis fit in octogeſimo die, & quoniã ſemen, per quod maſculus generatur, eſt calidius, propterea à natura prius corpuſculum efformatur. Quod, vt melius intelligatur. Eſt aduertendum, ſecundum Galenum in lib. de nat. humana. In mulieris matrice eſſe duas principaliter cellulas, vna in latere dextero, & illic maſculus generatur; alia in latere ſiniſtro, & illic fæmella generatur, cuius ratio eſt, quia dextera pars cordis calidior eſt, ibi enim cor magis ſuum calorem operatur, qui calor eſt cauſa corporis maſculi; ſiniſtra verò cordis pars frigidior eſt, ratione ſplenis adiacentis, quia ibi ſplen ad frigiditatem maximè operatur, ac ideo hoc eſt cauſa, cur in fœminis tardius anima infundatur, ac in maſculis, quod quidem in fęminis eſt cauſa maioris ſanitatis, ipſæ namque, vt diximus, multò abundant frigiditate, & humoris prædominio cor difficillime poteſt ignecere, vel quid morbiferum operari, quod certè non eſt in viris, vt experientia conſtat, & ſic remanet breuiter explicata petitio.

Iam diximus ſupra, quod quando in ſiniſtra cellula matricis mulieris ſemen cadit, fæmella generatur. At poteſt etiam contingere, vt ibi etiam maſculus generetur, ſi quidem in generatione non ſolum mulieris caliditas requiritur, verum etiam hominis; vnde exoriri poteſt, vt ſemen hominis in mulieris ſiniſtram cellulam matricis receptum, ſit adeò calidum, quod poſſet exuperare ſiniſtram cellulæ matricis partem, ac illam ita attemperare, vt ſit optimè diſpoſitam ad productionem maſculi, ſicuti eſſet dextera pars, qui diſcurſus etiam currit de parte dextera matricis, vt ſcilicet ibi generetur fęmina humido prædominante, &c. 6

An animæ rationales ſtatim à Deo creatæ, & corporibus infuſæ, ſint omnes æquales, an verò vna alia perfectior? 7

Reſpondetur, quod ſi animæ conſiderantur ſimpliciter, hoc eſt, in quantum ſunt ſpirituales ſubſtantiæ, per ſe ſubſiſtentes, incorporeæ, ac immortales à Deo ex nihilo creatæ, omnes ſunt æqualis perfectionis, & vna altera perfectior dici nullimè poteſt (puta perfectione ſpecifica, & eſſentialis, &c.) etiam anima Sanctiſſi-

25 . Macellarium; ſi vendidit carnes corruptas pro ſanis, vel ſi vnam ſpeciem pro alia, vt caprinam pro caſtrato, &c. vel ſi pondus diminuerit, ideſt vndecim vncias pro libra, vel ſi manu ſua nimis expedita, & fraudulenta, impulſum dederit ſtateræ, vt vì diſcenderet altera pars, vbi caro reſidet venalis, & ſic vtinam non eſſent omnes huius profeſſionis homines, propterea circa iſtos ſit cautus, & ſtudioſus confeſſarius in interrogando.

26 Sutorem pannorum; ſi illud ſibi de panno, vel ſerico dato, &c. remanet, & reſeruat pro ſe, quæ omnia erant ipſi data pro veſtitu complendo, vel ſi noctibus, ac diebus feſtiuis, abſque magna neceſſitate laborauit, vel nouas vanitatum propagauerit inuentiones, & his ſimilia.

27 Obſtetricem; ſi formam ſapit Baptiſmatis, ipſiuſquè materiam, verumquè baptizandi modum, vnuſquiſquè enim ſapere debet artis ſuæ neceſſaria, maximè in hoc Sacramento, quod eſt tantæ neceſſitatis: confeſſarius proinde minimè errat omnes interrogando pœnitentes mulieres. An ſcilicet huius Sacramenti Baptiſmi formam ſciant, ipſiuſquè materiam: quoniam dum quilibet Chriſtianus, hoc Sacramentum in neceſſitate extrema poteſt, ac debet ipſum miniſtrare, ita ipſorum quilibet huius Sacramenti Baptiſmatis formam, eiuſquè materiam ſcire debet, vt rectè, neceſſitate vrgente, ipſum miniſtrare poſſit: unde ego interrogare volens mulieres in villis moram facientes dicentes mihi, quòd pueros baptizarunt in neceſſitate, ipſas inquam interrogaui ſic. Quomodo ò mulieres vos geritis circa hoc extrema vrgente neceſſitate? quæſo, vt dicatis mihi modum aliquæ dixerunt, quòd accipientes aquam, ſic verba protulerunt, videlicet. [Io ti Battizo in nome di Dio, & della Madonna]; aliquæ verò mihi interroganti ſic reſponſum dederunt, videlicet: quòd vna ipſarum dicebat, verba alia verò aquam apponebat, ò portentum ſanguineis lachrymis certè dignum! ò miſeria ingens humanæ ignorantiæ! Videas quæſo pie lector, quàm magna ſequatur animarum perditio ob confeſſorum, prædicatorumq; negligentiam, populos docentium fabuloſa accidentia potius, quàm veram materiam, & formam baptiſmi, eiuſquè legitimum modum, qui profectò hoc debet fieri modo; nimirum. Vnus tantum aquam accipiat naturalem illam ſuper caput pueri infundens, dicat ſic. [Ego tè baptizo in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen.] Vel vulgari ſermone.

Digitized by Google

mone. Io ti battizo in nome del Padre, ✠ del Figliolo, ✠ e dello Spirito Santo, ✠ Amen. Non autem vna dicat verba ſupradicta, & alia aquam infundat, quacunquè etiam cauſa, vel neceſſitate vrgente; in Sacramentis enim vnus debet eſſe miniſter faciens totum in perſona Chriſti Domini excellentis, qui quidem eſt vnus, vt in alio opere dictum eſt.

Vxoratum, uxoratam; ſi circa matrimonium ad inuicem fi- 28
delitatem promiſſam ſeruauerint, ac verum cocundi modum non præterierint, ſi prouiderint magnis filiorum, ac ſeruorum neceſſitatibus, cum potuerint, ſi adhibuerint debitam diligentiam, boni eſſent coram Deo, nimirum communicandi poſt confeſſionem ſuorum peccatorum, atque in feſtis ſacrum audiendi, aliaue, quæ ex Dei, ac S. M. Eccleſiæ ſunt præcepto ſeruanda, vel eis verba dixerint contumelioſa, vel eos blaſphemauerint, vel ad hoc prouocauerint eos, & his ſimilia.

Mulierem; ſi ornauerit ſe decenter, ſuperpoſitos, ac fictos capil- 29
los ferendo, qui alieni erant, vel ſe colorando minio, vel etiam paruo ſtibio, vel figmenta aliqua (quæ quidem diaboli catenæ, ac vincula ſunt) corpori ſuo adhibendo, quæ certè ipſi non licent, ac ſi licent, an fecerit, & adhibuerit talia, mala cum intentione, & voluntate, vt nimirum homines prouocandi ad ſui amorem, & concupiſcentiam? &c.

Filios, filias, aliaſquè ſubiectas perſonas, ſi obedientes extiterint 30
Parentibus, ſuperioribus, aut eorum bona, quorum habebant curam an diligenter cuſtodierint, & his ſimilia.

Per omnes artes, conditioneſquè debet confeſſor diſcurrere, 31
pro vt neceſſitas pœnitentis expoſcit, nam tàm maſculi, quàm feminæ ſunt in omnibus interrogandi, ac maxima eſt cautela adhibenda circa iuuenculas, & circa ſimplices pueros, ne eos doceamus ea, quæ neſciunt, ſcilicet in explicandis peccatis, ac circumſtantiis; obſcęnis verbis vtatur honeſtis quantum poteſt, ac ſuperfluas interrogationes fugere; hæc enim verba obſcęna magis ſenſum prouocant, & excitant ad Venerem pręſertim; idcirco ad particularia deſcendere: iubet Plato quieſcere.

Audito, atquè benè de ſuis peccatis interrogato pęnitente, (vn- 32
de confeſſor pęnitentis conſcientiam ſubtiliter perſcrutari debet, tanquàm Iudex rei cauſam, & medicus vulnus, unicuique morbo, ac defectui oppoſitum adhibere medicinalem, ac ſalutiferum

remedium, & quantò anima eſt corpore perfectior: tantò diligentius debet conſcientiam emundare, quàm corpus ipſum ſtercoribus quippè plenum, & caducum curare; ac proindè ne ſit tepidus in ſcrutinando animæ vulnera; ſæpè enim (ut dici conſuetum eſt) latet anguis in herba: debet confeſſarius ipſe deinde, antequam abſolutionis formam proferat, ſuper penitentis peccata benè conſiderare, num ex auditis peccatis, ac ſceleribus ipſius penitentis aliquid ſit proximo reſtituendum? uel an ſit aliqua excommunicatio, uel peccatum aliquod reſeruatum? Quod ſi in talibus penitentem ipſum innodatum comperit: debet tunc cum eo procedere, ſicut dictum eſt in prima, & ſexta interrogatione: ſi uerò dignum ipſum reperit abſolutione ſuorum peccatorum: eſt ipſi penitenti à confeſſore diſcreta iniungenda penitentia, ne propter ipſam alteri faciat præiudicium, ut uiro, uxori, ſeruo, Domino; uel contra eſt tàm diſcreta iniungenda pœnitentia, ita quod maximis peccatoribus (qui non multam oſtendunt ſuorum peccatorum contritionem, maximè quando ueretur confeſſarius ipſe, quod nec magnam, nec paruam, ſiuè mediocrem faceret penitens ipſe de ſuis ſceleribus penitentiam, quamuis magnam mereretur pro illis) iudicio prudenti ipſius confeſſarij, talis tribuatur ſatisfactio, & pœnitentia pro ſuis commiſſis peccatis, ut illam ſine dubio eſſet facturus libentiſſimè. Nihilominus confeſſarius ipſe debet ipſum pœnitentem hortari, ut melius, & copioſius per ſe ipſum Deo omnipotenti ſatisfaciat.

33 Similiter illis, qui excellentem doloris contritionem oſtendunt: modica eſt iniungenda pœnitentia; contritio enim omni exteriori pœnæ, ac ſatisfactioni longè æquiualet; mediocriter uerò contrito mediocris eſt imponenda penitentia, prout prudens iudicium ipſi dictauerit confeſſario.

34 Porrò in omnibus eſt aduertendum confeſſionibus, quod non ſolum pœnitentibus pro præteritorum peccatorum ſuorum pœnitentiæ, ac ſatisfactiones infliguntur, uerum etiam pro animæ medicamento tales penitentias & ſatisfactiones confeſſor iniungit pœnitenti; quæ quidem animæ ſalutis ſunt media ſalutifera: non uero ruina, & perditio; vnde confeſſor iugiter à contrario debet pœnitentibus iniungere pœnitentias medicinales: nam ut dici ſolet in Medicina [Contraria contrarijs curantur] propterea: ſuperbo humilitatem; inuido Charitatem fraternam; iracundo

rando patientiam; Accidioſo bonorum operationem, & æternalium gaudiorum magnitudinem contemplationem, ſicuti etiam inferorum crudeliſſimas, ac ſempiternas pœnas conſiderationem; Auaro eleemoſinam; Guloſo ieiunium, & abſtinentiam; Luxurioſo continentiam, & caſtitatem; ſi verò pœnitens dicit, non poſſe illam adimplere pœnitentiam, quæ ab ipſo eſſet pro ſuis facienda peccatis, debet confeſſor eum inducere ſuauiter, ac dulciter, vt ipſam faciat, ac adimpleat, declarando nimirum ipſi ſuorum turpium delictorum grauitatem, ac numerum, &c. Quod ſi non poteſt, licet deberet, vnum ſaltem Pater noſter, pro pœnitentia iniungat, nè illum deſperatum dimittat, ac ſi nec vnum vult dicere Pater noſter, non eſt abſoluendus, quoniam prorſus fictitijs innititur, & nullam habet circa hoc tantum Sacramentum reuerentiam, ac proinde ſuorum peccatorum licet confeſſorum abſolutione indignus exiſtit, & incapax, cum pœnitentiæ ordinem nequeat obſeruare, in quo tria ordinatè concurrunt ſimul, & ſemel nimirum contritio, confeſſio, & ſatisfactio, quod ſœpè in opere dictum eſt, at ſi quis dicat, quod pęnitenti animum habere ſufficiat, omnia in purgatorio purgari!

Reſpondeo, quod hoc eſt dictum mendacijs plenum; nam ſi vnum non vult in hoc ſęculo (pro ſatisfactione ſuorum delictorum) dicere Pater noſter, quomodo dicit ſe velle illam magnam pęnitentiam, ac ſatisfactionem, quam pro ſuis deberet facere peccatis, in illo acerbiſſimo Purgatorij igne, ac incendio purgari, & ſatisfacere, maximè quando peccata, ac ſummi Dei offenſa ſunt multa, ac grauiſſima pro quibus multum deberet diuinæ ſatisfacere Iuſtitiæ, quod dictum eſt in p. p. pag. 35. 36

Diſpoſito itaque pęnitente ad omnia animæ ſuæ neceſſaria, videndum eſt. Vtrum ſit aliqua excomunicatione innodatus? quod ſi talis extiterit pœnitens: debet confeſſor ipſum prius ab ipſa excomunicatione abſoluere, & deinde à peccatis, vt idem dictum eſt in interrogatione prima, in qua excomunicationis abſolutionem quatuor pręcedere debent, puta. 37

Primò. Iuramentum, vt pęnitens ipſe iuret ſtare Sanctæ Matris Eccleſiæ mandatis, ſeù ipſius abſoluentis parere præceptis, qui Eccleſiæ repræſentat perſonam. 38

Verum quidem eſt, quod de pueris multi dubitant, an ſcilicet abſoluens debeat ab eis tale exigere iuramentum? Eſt autem hic

 dicen-

Digitized by Google

dicendam, quod illa ſacrorum DD. opinio (quæ dicit, quod tantùm deberet ab eis iuramentum exigere pro criminibus horrendis, ſeù maioribus) ſit magis rationabilis, hoc autem Epiſcopi, ac confeſſarij diſcretioni, & prudentiæ relinquitur.

39 Secundò. De omni damno dato ſatisfactio, vel cautio ſi non poteſt per præſentem ſatisfacere.

40 Tertiò. Mandata rationabilia, ac maximè quod contra illum Canonem, in quem deliquit, nunquam impoſterum incidendo, reperiatur, vt incendiario, quod nunquam incendat.

41 Quartò. Oratio, debet enim excomunicatus ſcapulas, vel ſcapulum denudare, & confeſſarius ipſum virga percutere, dicendo. Miſerere mei Deus, &c. qui profectò eſt Pſalmus ad pœnitentiam ſpectans, vel alium pſalmum huius ordinis. Quo finito, dicat Kyrie eleiſon: Chriſte eleyſon: Kyrieleiſon. Pater noſter, &c. & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo, Amen. ℣. Saluum fac ſeruum tuum, vel ancillam tuam. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo, vel in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere; ſuſcipe deprecationem noſtram, & famulum tuum, vel famulam tuam, quem, vel quam excomunicationis ſententiæ catena ligat: miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Deindè dicat abſolutionem cuius forma talis eſt. Authoritate omnipotentis Dei, ac BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ & noſtra, vel authoritate mihi commiſſa, ac tibi conceſſa, abſoluo te à tali ſententia, vel à tali excomunicatione, in quam incurriſti propter talem, ac talem cauſam & toties quoties eam incurriſti, ac reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ Dei, & communioni, ac vnitati fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen. Et hæc talia dicendo verbo verberat ſæpe ſæpius penitentem.

42 Sciendum eſt. Quod quamuis prædicta ſint obſeruanda, non tamen ſunt de huiuſmodi abſolutionis ſubſtantia, quæ quidem poteſt ſimplici verbo fieri, puta. Abſoluo te, vel benedico te, vel volo, quod ſis abſolutus, non habet hæc excomunicationis abſolutio determinatam formam, ſicuti à peccatis abſolutio, vnde propter aliquam rationabilem cauſam, præfata ſollemnia, prætermitti

Digitized by Google

mitti poſſunt, maximè verberatio, & hoc præcipuè circa mulieres, in eis enim, vel omninò eſt dimittenda, vel ſuper veſtimenta facienda propter honeſtatem. Data igitur excomunicationis ab- 43
ſolutione, eſt à peccatis proferenda abſolutio, & quia excomunicatio minor facit, quod penitens non ſit Sacramentorum particeps, vt ſunt alij fideles, debet eum confeſſarius prius ab excomunicatione abſoluere minore, maximè cum excomunicatis maioris excomunicationis participationem habens. Et quia facilè homo in excomunicationem incurrit maiorem, poteſt etiam eſſe, quod ipſe pœnitens ſit maiore excomunicatione excomunicatus ignorans, ad maiorem cautelam, iàm conſuetum eſt, in omni abſolutione à peccatis, prætermitti abſolutio ab excomunicatione, & ſit tota cum conditione, hoc modo videlicet. Si teneris aliquo vinculo excomunicationis, à quo poſſum te abſoluere, ego abſoluo te, ac reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ Dei, communitati, & vnitati fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, atque intendes facere, & mala, quæ patienter ſubſtines, ac ſubſtinèbis, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, & in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. In nomine Patris, ✠ &c. Sunt autem hic in fine notanda, ac pro vberiore doctrina quatuor conſideranda ipſi confeſſario.

Primò. Si pœnitens ſit clericus, illis verbis. [Si teneris aliquo 44
vinculo excomunicationis maioris, vel minoris, iniungantur hæc alia.] Suſpenſionis nimirum, & interdicti, in quantum te, &c.

Secundò. Quod de huius abſolutionis ſubſtantia tantum eſt 45
verbum illud (abſoluo te) cœtera verò ſunt diſpoſitiones, vt Miſereatur tui, &c. Indulgentiam, & abſolutionem, &c. ac virtutes quædam, vt ſcilicet pœnitenti iniuncta pœnitentia, & ſatisfactio maiorem vìm, & robur conferant, ab eoque peccata pereant, ac deſtruantur.

Tertiò. Si pœnitens à Summo Pontifice plenariam habuerit 46
abſolutionem à peccatis in vita ſua, ſeù quando fuerit ſanus; Sic ſit ei danda à peccatis abſolutio.

Authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac BB. Petri, & Pauli, & Domini Papæ N. mihi, & tibi conceſſa, & in quantum debeo,

ac poſſum, ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ &c. Eadem authoritate do, & concedo tibi omnium peccatorum tuorum, & pœnarum pro his debitarum indulgentiam, & remiſſionem, quantum claues S. Matris Eccleſiæ ſe extendunt, & quantum beneplacitum extiterit in oculis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſecundum quod Summi Pontifices conſueuerunt ſpecialiter impertiri, quæ quidem plenaria indulgentia ſit tibi in augmentum virtutis, & gratiæ, atque in acquiſitionem vitæ æternæ, in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen.

47 Quartò. Quod ſi hæc gratia tantum pœnitenti in mortis articulo fuit conceſſa, illa verba (quæ quidem plenaria) tollantur, & interponantur hæc, puta ſi de hac infirmitate decedes, vel ſi hac vice morieris, vel ſimilia; aliter, ſibi gratia facta, integra remanet, quouſquè fueris in morte conſtitutus. deinde ſubiungantur illa verba (quæ quidem plenaria) hæc ſequentia verba antecedentibus adiuncta. Eſt pœnitens ad bonorũ operum perſeuerantiam exhortandus, ac demũ dimittendus, & Deo ſũmo bono cõmẽdãdus; proinde hęc dicta ſufficiant pro hac ſecunda parte.

†

Finis Secundæ Partis.

PARS TERTIA,

QVÆ PER INTERROGATIONIS MODVM, de Anima rationali procedit, aliiſque ad ipſam pertinentibus, non minus Lectori neceſſaria, quàm alia in opere contenta.

De Animæ rationalis Eſſentia, quid nimirum ipſa ſit, & à quo creatur.

Caput I.

EX Nauarro, præludio primo Anima rationalis, eſt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, incorporea, atquè immortalis, à Deo intra corpuſculum creata, nimirum infundendò creat, & creando ex nihilo, infundit ipſe Deus, creare namq; eſt aliquid ex nihilo, ideſt ex nulla præexiſtente materia facere; quod profectò ſolius Dei optimi proprium eſt, qui ſolus habet potentiam illimitatam, ac infinitam; & non eſt qui eius poſſit reſiſtere voluntati propter potentiam obedientialem in ipſis creaturis contentã. Porrò ſi Peripateticã definitionem Animæ rationalis habere deſideras, ſic eam lib. 3. de Anim. tex. 4. & 5. definit. [Anima eſt actus primus corporis phyſici organici, potentia vitam habentis.] 1

An Anima corpori infuſa, ſit ſtatim per omnia, & ſingula membra? An verò prius in vno, quàm in alio? 2

Reſpondetur Animam rationalem, cum ſit ſpiritualis res à Deo creata, non habere partes, corporis partibus correſpondentes, quas informat, vt irrationalis, ſeu materialis, & diuiſibilis anima exempli gratia equi, plãtæ, &c. ſed ſtatim à Deo creata, tota eſt in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis: cum omnibus potentijs ſuis, viribuſquè naturalibus; & quamuis apud aliquos DD. interdum legatur, quod cor eſt animæ ſedes, non intelligitur, quod ſolum in corde anima regnet, vel tempore aliquo ſit in eo prius infuſa, ſed quia principaliter operetur in illo, ſicuti Deus Opt. Max. qui eſt totus in toto Mundo, & totus in qualibet ipſius mundi par-

Reſpondetur, quod anima rationalis, cum ſit plenè perfecta, à Deo non datur corpori, niſi plenè perfecto, & cum ſemen illud in mulieris matrice coagulatum (per quod fęmina generatur) ſit in maiori gradu frigidum, quàm illud, per quod generatur maſculus, idcirco expoſcit plus temporis, vt ex ipſo corpuſculum rectè organizetur, ob id infuſio animæ in fœminis fit in octogeſimo die, & quoniã ſemen, per quod maſculus generatur, eſt calidius, propterea à natura prius corpuſculum efformatur. Quod, vt melius intelligatur. Eſt aduertendum, ſecundum Galenum in lib. de nat. humana. In mulieris matrice eſſe duas principaliter cellulas, vna in latere dextero, & illic maſculus generatur; alia in latere ſiniſtro, & illic fæmella generatur, cuius ratio eſt, quia dextera pars cordis calidior eſt, ibi enim cor magis ſuum calorem operatur, qui calor eſt cauſa corporis maſculi; ſiniſtra verò cordis pars frigidior eſt, ratione ſplenis adiacentis, quia ibi ſplen ad frigiditatem maximè operatur, ac ideo hoc eſt cauſa, cur in fœminis tardius anima infundatur, ac in maſculis, quod quidem in fęminis eſt cauſa maioris ſanitatis, ipſæ namque, vt diximus, multò abundant frigiditate, & humoris prædominio cor difficillime poteſt igneſcere, vel quid morbiferum operari, quod certè non eſt in viris, vt experientia conſtat, & ſic remanet breuiter explicata petitio.

Iam diximus ſupra, quod quando in ſiniſtra cellula matricis 6
mulieris ſemen cadit, fæmella generatur. At poteſt etiam contingere, vt ibi etiam maſculus generetur, ſi quidem in generatione non ſolum mulieris caliditas requiritur, verum etiam hominis; vnde exoriri poteſt, vt ſemen hominis in mulieris ſiniſtram cellulam matricis receptum, ſit adeò calidum, quod poſſet exuperare ſiniſtram cellulæ matricis partem, ac illam ita attemperare, vt ſit optimè diſpoſitam ad productionem maſculi, ſicuti eſſet dextera pars, qui diſcurſus etiam currit de parte dextera matricis, vt ſcilicet ibi generetur fęmina humido prædominante, &c.

An animæ rationales ſtatim à Deo creatæ, & corporibus infu- 7
ſæ, ſint omnes æquales, an verò vna alia perfectior?

Reſpondetur, quod ſi animæ conſiderantur ſimpliciter, hoc eſt, in quantum ſunt ſpirituales ſubſtantiæ, per ſe ſubſiſtentes, incorporeæ, ac immortales à Deo ex nihilo creatæ, omnes ſunt æqualis perfectionis, & vna altera perfectior dici nullimè poteſt (puta perfectione ſpecifica, & eſſentialis, &c.) etiam anima San-

ctiſſi-

Digitized by Google

ctiſſima Virginis, & Ieſu Chriſti, cum omnes ſint æquè à Deo creatæ, & abſquè vlla macula corporibus infuſæ; ſi verò ipſæ conſiderentur ſecundum quid, nimirum inquantum corporibus infuſæ, aliquid ex ſpeciali gratia recipiunt, & habent, vna eſt altera perfectior, ſiuè perfectiſſima accidentaliter, ideſt ratione doni habiti, &c. Sic Anima Sanctiſſima Virginis perfectior noſtra dicitur, vltra quod in ipſo ſuæ conceptionis inſtanti munda, ac libera fuit ab omni originalis peccati culpa, & macula, habuit etiam omnes virtutes, & dona, quæ habuerunt Angeli in Paradiſo in eorum creationis inſtanti, puta dona naturalia, quibus Deus, vt auctor totius naturæ creatæ dignoſcitur, ac dona ſupernaturalia, non illa, quæ faciunt, vt Deus Trinus, & vnus videatur (talia enim dona nequaquam habuerunt Angeli, ſi enim talia habuiſſent dona peccare minimè potuiſſent ſuperbiæ, vel odij peccato, vt peccauerunt, qui enim ſemel beatifica fruitur viſione, nunquam aliud concupiſcit) ſed in quantum fidem, ſpem, & Charitatem habuerunt; quibus donis, à ſacris Doctoribus dicitur, quod Dæmones aliquando fuerunt beati, quæ dona, & merita B.V. Animæ noſtræ certè non habent.

8 Perfectiſſima verò dicitur Anima Sanctiſſima Chriſti, quoniam ipſa non ſolum ipſo ſuæ conceptionis inſtanti munda fuit, ac libera ab omni originalis peccati labe, & hoc non propter gratiam, & donum, vt ipſa B. M. V. anima, ſed propter naturam, quoniam Anima Chriſti Sanctiſſima non fuit corpori iuncta ex humani ſeminis operatione, vt fuit anima B. ſemper Virginis, ac etiam noſtra, ſed ex puriſſimo ipſius Mariæ mundiſſimæ ſanguine, & Spiritus Sancti opere, vt habet hic c.1. Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, &c. Atque claram, & perfectiſſimam Sanctiſſimæ Trinitatis cognitionem, vt Angeli habuerunt; & ipſa Sanctiſſimæ Virginis anima, ac etiam clarè ipſa fruebatur, ſicuti nunc in Paradiſo: quoniã dum anima ipſa Chriſti Sanctiſſima, ſtatim à Deo creata fuit à Verbo aſſumpta eſt, quod ſibi connaturalem diuinitatem habet, ideò anima Chriſti in ipſo ſuæ conceptionis inſtanti fuit beata, atquè perfectè diuina fruebatur eſſentia, ita in carne paſſibili, ac nunc in carne impaſſibili in Paradiſo. Sunt autem hic quatuor adnotanda.

9 Primò quod in Chriſti Incarnatione quatuor ſimul, & ſemel concurrunt; primo formatio corporis, & hoc non ſolum ſecundũ

multos

Digitized by Google

multos ſacros DD. quantum ad integritatem omnium membrorum, verum etiam quantum ad illam quantitatem, quam habuiſſet, ſi fuiſſet naturaliter generatus, puta ad ſubſtantiam dierum quadraginta. Secundò, Creatio animæ. Tertiò, animæ ad diuinitatem coniunctio. Quartò, & vltimo animæ, ac diuinitatis ad corpuſculum infuſio, quæ diuinitas, atq; perſonalitas, nunquam aliquo tempore animā, & corpus dimiſit; quamuis enim in Chriſti ſanctiſſima morte, fuit à ſuo ſacro corpore anima eius ſeparata, non autem fuit ſeparata diuinitas, atquè Verbi Perſonalitas, ſed ſicuti erat in limbo SS. Patrum cum ſua anima ſanctiſsima, ita in monumento cum ſuo ſacratiſsimo corpore; Quod enim ſemel aſſumpſit, (vt ait Damaſcenus) nunquam dimiſit; Vndè ſi in ipſo triduò Apoſtolus aliquis conſecraſſet, & communicaſſet, dum ipſum Chriſti corpus in monumento iacebat, ſicuti nunc ſanctificatus remanſiſſet illud recipiens, ſi tamen abſquè mortali peccato tale ſumeret Sacramentū, quamuis enim ſumens Corpus Chriſti, mortuum reciperet, nimirum carnem abſque anima, nihilominus carnem diuinitate coniunctam recipiebat, ac etiam cum Verbi perſonalitate ad animæ ſanctificationem ſufficientem, & licet apud multos oppoſitum appareat, dicentes: quod in ipſo triduò, in quo Chriſti Corpus in monumento iacebat, erat talis animæ ſanctificatio interdicta; non eſt profectò ſecundum veram doctrinam magis communem aſſerendum, ſed vt ſupra, vt videre eſt præcipuè apud D. Thom. 3. p. q. 76. art. 1. ad 1. Gloſ. c. Timorem. verb. corpus de conſecrat. diſt. 2. Et probatur ex ipſius æternæ, & infallibilis veritatis ore Ioannis 6. dicente. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo, ſinè aliqua additione de corpore viuo, & mortuo.

Secundò, quod ſi aliquis contrarium probauerit, ſupra illa 10
verba, nimirum. Quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, dicens; quod maior eſt virtus viuificationis Dei, quàm animæ, ſed corpus mori non potuit, niſi anima ſeparata; ergo nec mori poterat, niſi diuinitate ſeparata. Reſpondetur ſecundum D. Thom. loc. ſupra citato q. 48. art. 2. quod licet diuinitas vìm habeat viuificandi, hoc ſolum eſt effectiuè, & non formaliter; ac proindè anima præſente, & vt forma vnita corpori, neceſsè eſt ipſum eſſe viuum. Diuinitas autem non poteſt eſſe forma corporis, proptèrea non eſt neceſſarium, vnione manente Deitatis ad carnem, vt caro ſit viua;

Digitized by Google

Deus namquè non ex neceſsitate agit, ſed voluntariè, & ſic diuinitas non fuit ab anima ſeparata.

11 Tertiò, quod quamuis anima ſanctiſsima Chriſti fuerit ab initio glorioſa, ac beata, vt dictum eſt, non tamen ab initio transfundit talem gloriam, & beatitudinem in ſuum Sanctiſſimum Corpus. Et hoc (vt habet Doctor Angelicus vbi ſupra d. 16. q. 2. art. 2.) fuit ex quadam diſpoſitione diuina peractum, vt ſcilicet in corpore paſsibili, noſtræ redemptionis expleret myſteria, quia ſi in ſuum corpus gloria, & beatitudo effluxiſſet: profectò glorioſum, ac beatum extitiſſet, & per conſequens impaſsibile, ita vt pro noſtra ſalute minimè pati potuiſſet.

12 Quartò, quod ſicut ſupra ſecundum, ſpecialem gratiam, vna anima poteſt dici perfectior altera, ſic ratione obiecti, quod informat, ac membrorum diſpoſitione, & proportione eſt etiam perfectior accidentaliter, & ſecundum quid, nimirum quò ad corporis pulchritudinem; nam veriſimile eſt apud Philoſophos, quod intrinſeca cum extrinſecis ſympatiam maximè habent.

13 Quintò, quid eſt melius animæ eſſe creatam, & in inferno eſſe æternaliter damnatam: An nihil omnino eſſe?

Reſpondetur, quod duæ ſunt ſuper hoc Sacrorum DD. opiniones.

Prima affirmat, quod melius eſt eſſe nihil, quàm eſſe, & in inferno eſſe damnatam, ſed creata melius eſt eſſe in inferno damnatam, quàm eſſe annihilatam.

Secunda affirmat, quod non ſolum creata anima melius eſt eſſe in inferno damnatam, quam eſſe annihilatam, verum etiam melius eſt eſſe in inferno damnatam, quàm eſſe omninò nihil, & ſic in veritate tenendum eſt; eſſe enim eſt aliquod bonum. Non eſſe eſt malum, & hæc veritas ex damnatorum verbis intelligi poterit Ierem. cap. 3. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti; ergo, ſi in inferno damnati dicunt magnam eſse Dei miſericordiã, quod non ſint conſumpti: multò magis dicunt. Miſericordiæ Domini, quia ſumus creati. Quando igitur pro Iuda dixit Chriſtus. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille Matthæi 26. & Marci 14. c. non intelligitur ſecundum veram doctrinam de natiuitate ad intra, ideſt intra matris corpus, ſed de natiuitate ad extra, ideſt matris extra corpus, duplex eſt enim hominis natiuitas, corporaliter loquendo, vna, quando homo ipſe intra matris corpus

pus à Deo Opt. creatur; altera verò quando in lucem prodijt; quantum ad primum illud Saluatoris dictum, puta melius erat ei, &c. minimè ſonat, damnati enim ſupra miſericordias eſſe Dei exclamant, quod &c. benè verò intelligitur quantum ad ſecundum; nam ſi Iudas Iſcariotes in matris vtero obijſſet: tãtummodò damni pœna in lymbo dignus extitiſſet, cum aliud non habuiſſet peccatum, niſi originale, ſed quia de vtero matris ortus eſt, peccatum commiſit mortale, quo non ſolum damni pœna in lymbo dignus eſt, verum etiam dolore indicibili, cruciatuquè ſenſibili æternaliter in inferno torquetur, & hæc eſt cauſa, quod ſaluator noſter ſupra dixit prò Iuda. Melius erat, &c.

Vnde patientiſsimus Iob talem in ſe ipſum conſiderando damnationis æternæ periculum, ſenſibili cum dolore, ac cruciatu, ſic erga Deum lamentabatur dicens cap. 10. Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret: fuiſſem, quaſi non eſſem de vtero translatus ad tumulum.

Diximus ſupra, duplicem hominis aſsignantes natiuitatem, corporaliter, quoniam etiam homo naſcitur ſpiritualiter, vt quando baptizatur, ac quando Spiritu Sancto ductus religionem ingreditur, & toties, quoties à diuina gratia mortali expoliatur peccato, ipſaquè gratia induitur, & ſanctificatur.

An omnes Animæ in hoc ſæculo commorantes fuerint peccatrices? 14

Reſpondetur, quod ſic, aut in mortali, aut veniali peccato, iuxtà illud Pſalm. 52. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, excepta tamen anima ſanctiſsima Chriſti, ac B. Virginis Mariæ, quæ ne dum vllum commiſerunt peccatum tàm mortale, quàm veniale, verum etiam illud minimè committere poterant, & hoc in anima Chriſti Sanctiſsima propter naturam, quoniam 15
dum anima ipſa Sanctiſsima Chriſti ſtatim à Deo creata fuit: ſtatim diuinitati iuncta eſt, vt num. 5. dictum eſt, nullo modo peccare poterat, vel aliud deſiderare; & licet Marci 10. ſimplices legant, Chriſtum ipſum phariſæum repræhendiſſe, eiquè dicentem. Magiſter bone, quid faciam, vt vitam æternam percipiam? quid me dicis bonum? nemò bonus, niſi vnus Deus; non eſt intelligendum, quò ad veritatem; ſed in quantùm ad ſuam magnam humilitatem, vt cum dixit Pſalm. 21. Ego ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

16 In Anima verò Mariæ ſemper Virginis, non vt ipſa anima Chriſti ſanctiſsima propter naturam, ſed propter tantam gratiam, quã à Spiritu Sancto habuit, iuxtà illud Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum, quia fecit mihi magna, qui potens eſt. Extra has duas ſanctiſsimas animas, omnes aliæ, aut in mortale, aut veniale declinauere peccatum, etiam Diui Ioannis Baptiſtæ, quamuis enim ipſe fuerit à Deo ab vtero tàm acceptus, vt patet ex illis verbis. Dominus ab vtero vocauit me, & de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei, ideſt animæ meæ, nihilominus aliqua commiſit peccata venialia, vt patet Prouerbiorum 24. Etiam ſepties in die cadet iuſtus, ac reſurget. Diuus ſi quidem Ioannes Baptiſta non tantam gratiam, ac particularia priuilegia habuit à Spiritu Sancto, & obtinuit, quanta ipſa Virgo Maria; aliter enim eſt eſſe Dei Matrem, vt Virgo fuit, aliter verò eſt eſſe Dei ſeruum, vt D. fuit Ioannes Baptiſta; & quamuis de eo legatur ex ſanctiſsimo Chriſti ore Matthæi 11. Inter natos mulierum, non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta; non intelligitur propterea hoc Chriſti dictum comparatiuè ad B. Virginem, vel ad ipſum Chriſtum, ſed de alijs omnibus, &c. primò non intelligitur de Maria Virgine, Chriſtus enim verbis ſuperius allatis, loquitur de viris: non autem de mulieribus, cum dicat inter natos mulierum, non verò inter natas, &c. neque 2. de ipſo Chriſto Sanctiſsimo, ipſe namquè Creator eſt, & non creatura, ſecundum diuinitatem nimirum, immò ipſe de Virgine natus eſt Spiritus Sancti opera, vt num. 5. dicitur, quæ omnia in Ioanne Baptiſta fuerunt è contra. Verum eſt, quod licet apud aliquos oppoſitum videatur, quod nimirum Ioannes Baptiſta, nec veniale habuerit peccatum, illud Sanctæ M. Eccleſiæ in eius hymno ſectantes. Ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſit.

17 Eſt autem hic notandum ex Alb. mag. ſuper Miſſus eſt, quod quamuis ipſa V. Maria nullum peccatum commiſerit, ſcilicet nec veniale, nec mortale, vt diximus ſupra eſt tamen catholica fide tenendum ipſam omnia Sacramenta recepiſſe, quæ maſculis, & fęminis communia erant. Primò, ad ſui humilitatem. Secundò, ne ſcandalizarentur, ignorantes ſuam ſanctificationem. Tertiò, vt Deo obediret. Quartò, vt confutaret eorum hæreſim, qui dixerunt, eam fuiſſe Angelum; ſuſcepit igitur Baptiſmum, & ab eo characterem recepit, atque gratiæ augmentum, & meritorum,

nec

Digitized by Google

nec tamen de eo ſit feſtum, ſicut de Purificatione, quoniam ipſe non fuit publicus, ſicuti illa; ſimiliter confirmationem, atque ab ea alium habuit characterem, gratiæ augmentum, ac meritorum, vt de Baptiſmo, credit D. Thomas quod Ieſus Chriſtus eam baptizauit, & confirmauit, ſicuti Sanctos Apoſtolos: & ab Euchariſtia Paſsionis memoriam, gratiæ augmentum, actualem deuotionem, ac ſolatium de corporali filij præſentia. A Matrimonio magnam habuit fidem, ideſt figuram vnionis Verbi ad humanitatem, atq; etiam augmentum, &c. Ab Extrema Vnctione ſignum habuit perfectæ victoriæ, ac futuræ gloriæ, & loco remiſſionis venialium, remiſsionem doloris mortis, ſecundum Albertum Magnum ordinem non habuit, vt per humilitatem confirmaretur ab alijs mulieribus, quæ ſecundum ipſummet Albertum propter tria ab ordinum ſuſceptione excluduntur, puta indignitatem ſexus, fragilitatem peccandi, & incongruitatem regiminis. A Sacramento Penitentiæ habuit gratiæ augmentum, ac ſecundum ſupradictum Alb. ſua confeſsio non erat peccatorum, ſed beneficiorum Dei, ac ſuæ congruitatis ad eorum magnitudinem; ego tamen exiſtimo, quod cum voluntatis noſtræ habitus nos latere poſsunt ſecundum D. Thomam, licet minimè habitus intellectus ſecundum Ariſtotelem, neſciebat ſi eſſet ita Deo grata propter eius humilitatem; vnde miratur natura Angelica, quod ſecundum ſupra dictum Diuum Thomam verè humili, nihil inſilitum eſt, quàm ſua exaltatio, & conſequenter ipſa confitebatur de venialibus conditionaliter, ſcilicet dicendo, ſi tali, vel tali deliquerim opere per incautelam, vel negligentiam, vel alio quouis modo dico meam culpam, &c. quia bonarum mentium eſt hoc proprium, &c.

Nota proinde, Virginem talem ſe agnouiſſe dubitatiuè non verò aſſertiuè, & per Alb. mag. D. Ioannes Euangeliſta fuit eius proprius confeſsarius eidem deputatus. Verum eſt, quod iſta ſcripta non ſunt, vt ait idem Alb. ex multis, diuerſiſquè cauſis, ſpecialiter ex duabus iſtis; primò, vt fidelium creſceretur deuotio ad inquirendum; ſecundò, quod Deus nos vult quædam dubitare in via, vt veritatem videamus in Patria.

Fuerunt ne aliquæ animæ in corpore commorantes mortali, 18
nec bonum, nec malum operantes?

Reſpondetur, quod hoc inueniri minimè poteſt, impoſsibile eſt enim, quod reperiantur animæ huiuſmodi; cum non detur medium

Digitized by Google

dium inter adimplentes præcepta, & non adimplentes: Diuus enim Iacobus cap. 2. inquit. Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus, qui verò non offendit, rectè agit.

19 Anima pœnitens, & anima innocens, ipſarum qualis Deo ſit magis obligata, & meritoria?

Reſpondetur, ſi loquamur ex parte dantis, nimirum Dei omnia animarum beneficia ſunt æqualia, & vna ab alia dici non poteſt magis, vel minus obligata, & meritoria Deo, quoniam omnia animarum beneficia à Paſsione, & morte Domini Noſtri Ieſu Chriſti dependent iuxtà illud 1.Corinth.6. Empti enim eſtis pretio magno; ſi loquamur ex parte recipientis, ideſt animæ peccatricis, maius beneficium eſt à Domino bis recipere, quàm ſemel, maius ter, quàm bis, ſi loquamur ex parte rei donatæ, maius beneficium eſt innocentis, quàm animæ penitentis, maius enim beneficium eſt à Domino receptum, animam à culpa præſeruari, quàm in culpam lapſam, ad gratiam, & Charitatem, ſiuè amicitiam ſuam recipere.

20 An Animæ ad æternam vitam prædeſtinatæ, damnari poſsint, & præſcitæ ſaluari?

Reſpondetur, multas eſſe ſuper hoc, opiniones, principaliores verò ſunt duæ; Prima eſt affirmatiua, nimirum quod prædeſtinatæ ad vitam æternam, infallibiliter ſaluantur, quæ verò de prædeſtinatorum numero minimè ſunt damnari poſsunt, & ſaluari poſſunt, & hanc potentiam, qua ſaluari poſsunt, aio non eſse remotam, Deus enim volens illas ſaluas facere, niſi ipſæ ſua culpa reſileant, cuncta remedia, ſeù media ſufficientia illis præparauit, atq; aptauit, ac proindè ſeriò, & re ipſa paratus eſt, in temporibus opportunis, dare ea, quæ, niſi homo fuerit contumax, atquè obſti-
21 natus in peccato, ducant eum ad regna polorum; Secunda opinio aſſeuerat, omnes homines, in hunc venientes mundum à clementiſſimo Deo Patre ab initio ordinatos eſſe ad æternam vitam, non tamen abſquè lege, & conditione mandata ſeruandi, charitatiſquè præcepta, quoniam verò nullus hominum diuina mandata, ſine gratia, & auxilio, ac protectione Dei, ſeruare potuiſſet; idcircò Deus ipſe, qui illos ad finem ordinauit, etiam media ipſa, quæ ad eum finem perducant, conſequenter prouidit, vt nemini prorſus, quantum attinet ex parte ſua deeſſent, iſtud oportet nos fateri, niſi peregrinis, ac violentis interpretationibus illam claram

Digitized by Google

ac celeberrimam D. Pauli ſententiam, violare velimus prima ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; vnde Deus infinitè miſericors, infinitè ſuas diligens creaturas, eis oſtendere volens, quod non aliquod malum contra ipſas cogitat, ſed contra. Sic Ierem. 29. loquitur. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos, & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Patet igitur, quod ſi homines vt potè creaturæ ſupernaturalis Beatitudinis capaces ſuo fruſtrentur fine, hoc prouenit ex ipſorum praua malitia, vt ipſimet ſapientiæ cap. 5. confitentur. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus, hæc illi.

An aliqua anima corpori iuncta mortali, cognoſci poſſit, quando præſcita ſit, & quando prædeſtinata ſit ad vitam æternam? 22

Reſpondetur, neminem certò ſcire poteſt in hoc ſæculo, animam talem, vel talem in fine damnari, vel ſaluari; hoc enim priuilegium ſoli Deo conuenit Ieremiæ 7. dicenti. Ego ſum Deus ſcrutans corda, & probans renes; qua de cauſa Sancta Mater Eccleſia in Miſſali cantat Romano, orationem, Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuprema fęlicitate locandus, &c. Poſſumus tamen aliquem cognoſcere, prædeſtinatum eſſe in via, ex ſuis operibus bonis, iuxtà illud Saluatoris memorabile dictum Matthæi 7. dicentis. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Vnde quotieſcunquè aliquis videtur in hoc ſæculo benè operari, vniuerſaliter loquendo, euidentiſſimum eſt, ac probabile prædeſtinationis indicium, à contrario præſcitus ille dicitur eſſe, qui benè operari non curat, ſed potius illecebris, & vetitis ſe donat voluptatibus, de quo ait Ioannes Apoc. 2. Dedit illi Dominus tempus, vt pęnitentiam ageret, & non vult pęnitere in fornicatione ſua, & Iſidorus. [Pigritia, & in dies pœnitentiam differre: ſignum maniſeſtiſſimum reprobationis eſt,] non facit Dominus Deus præſcitum ſua conſcium eſſe reprobatione, ac æterna damnatione, ne in deſperationem cadat maiorem, ac in anima ſua magis peccatorum aceruus accumuletur, & augeatur; ſimiliter prædeſtinatum ſua facit inſcium eſſe prædeſtinatione, ne inde glorietur,

ina-

Digitized by Google

inaniterquè ſuis confixus viribus, ac piger in via ſalutis euadat, & frigidè bonas exercendo operationes, vt ſublimiorem obtineat locum in ſempiterno cœlorum regno, lumen enim gloriæ datur
23 proportionaliter ſecundum quantitatem, & qualitatem meritorum, ac proinde quò quis maiora habet merita, maius habebit lumen gloriæ, quo enim quis habet maius lumen gloriæ: eò magis habebit de gloria.

24 Si Anima alicuius ruſtici de hoc ſeculo, quaſi infinitis egrediens meritis: anima verò alicuius Pontificis meritis pauciſſimis, ipſarum qualis magis in Paradiſo Domino fruetur?

Reſpondetur, ſi ſermo ſit de obiecto primario, quod eſt eſſentia diuina, magis fruitur Deo anima ruſtici; ſupra enim maiora merita maius lumen correſpondet; ſi verò ſermo ſit de ſecundario obiecto, quod ſunt Creaturæ poſſibiles, magis fruitur Domino Deo anima Pontificis, hoc ſiquidem ad eius pertinet ſtatum.

25 In quonam differant anima iuſti, & anima iniuſti?

Reſpondetur meo iudicio hoc eſſe diſcrimen, quia nimirum anima hominis iuſti, alter poteſt dici deliciarum paradiſus, vt ipſe ſpiritus almus ait. Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum; anima verò hominis iniuſti alter poteſt infernus nuncupari, vt ſacra ſepè narratur hiſtoria. Eſt anima iuſta alter paradiſus non immeritò. Dominus enim Ioannis XIIII. ait. Si quis diligit me: Pater meus diligit eum; ergo dum anima Deum ſuper omnia amat: Deus ipſam conſequenter amat, vt liquet ex illo prouerb. 8. Diligentes me diligo, & dum ipſa amatur à Deo; ſignum quippè eſt euidentiſſimum, ipſam eſſe in gratia Dei, quæ quidem gratia in anima iuſta eſt quaſi ſolis ſplendentiſſimus, ac luminoſus radius, illam pulcherrimam coram Deo reddens, vt propterea tali raptus pulchritudine, ac ornatu cœleſtis animæ ſanctæ ſponſus dicere poſſit, vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, & Magiſter ſent. q. 79. inquit, quod gratia Dei eſt candor lucis æternæ, animam pulcherrima reddit, intellectum deificat, & voluntatem inflammat; ergo ſi in animam iuſti Dei ſummi boni gratia ingreditur, ac illam pulcherrimam reddit, ex conſequenti intrant cum ea tota Diuinitatis Trinitas Perſonarum, vt vnanimiter ibi inhabitent, vt Chriſtus Dominus ait per Ioannem illis verbis. Et ad eum veniemus, & manſionem faciemus; immò ſi cum gratia Dei tota Trinitas in animam iuſti intrat, conſequenter cum ipſa tota cœlorum curia

ingre-

Digitized by Google

ingreditur in illam: Non enim eſt conſentaneum ſeruos non comitari Dominum ſuum, vt omnes ſacri probant Doctores ſpecialiter S. M. Eccleſia in omnium SS. feſto dicens; ò quàm eſt glorioſum regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes Sancti amicti ſtolis albis: ſequuntur agnum quòcunque ierit; ergo ſi hæc omnia ſunt in anima iuſta, profectò dici poteſt alter paradiſus; non enim dicitur paradiſus ſolum ille locus paratus in cœlorum regno, beatis, verum etiam vbicunquè Dominus, ſuam, peculiari modo, fecerit manſionem, ſiuè in cœlo, ſiuè in terra, ſiuè ſubtus terram; ſcimus enim quod quando Chriſtus, pro noſtra ſalute in Cruce pendens, bono Latroni dixit, hodie mecum eris in Paradiſo Lucæ 22. & nihilominus, vt Catholica fide certum eſt, Chriſtus in illa die in cœlum minimè aſcendit; ſed certè in ſanctorum Patrum Lymbum deſcendit; vbi etiam bonus deſcendit latro, vt ſupra hodie mecum eris, &c. Quo in loco tùm ipſe, tum omnes SS. Patres diuina oblectabantur Eſſentia, eiſque pro tunc locus ille, fœliciſſimus, ac beatiſſimus erat paradiſus; Ibi enim eſt paradiſus: vbi Dominus, proindè Dominus rationabiliter bono dixit Latroni, hodie mecum eris in Paradiſo. In anima verò iniuſta omnia ſupradicta contraria ſunt, ſi enim vbi intrant gratia: Deus intrat ſummum bonum: ita vbi intrãt peccata (quæ directè opponuntur illi, ſcilicèt gratiæ Dei) demonia intrant turpiſſima: ſummam afferentia animæ iniuſtæ miſeriam. Oppoſitorum enim eadem eſt diſciplina, & ſic ſi Deus animam iuſti ingreditur, illam paradiſum reddit, ſummum affert, ac indicibile gaudium, ſolatia, gaudia, & dulcedines, quæ omnem humanum ſuperant cogitatum, illi amore paternali communicat, ſi verò à contrario Dæmonia intrant, illam infernum turpiſſimum efficiunt, ſummum afferunt illi, & inexplicabile martyrium, ad meſtitiam, ſingultus, & dolores illam miſerabiliter ducentes. O indicibilis mortalium ignorantia! O extrema miſeria: & incredibilis ipſorum amentia! certè talis progenies beſtijs inſipientibus, ac ratione carentibus conſimilis in tali cęcitate, digna eſt appellari. Inferorum monſtra (te peccante homine) in corde, vt in nidum recipere, & atrociſſimos ipſorum morſus, & cruciatus ſpiritualiter ſuſtinere? ſufficit tibi animus hanc facere mercaturam, vendere creatorem pro inani, & momentaneo dilecto, & æternali, ac perpetuo planctu, & extremo dolore emere creaturam? heu mihi, quia incolatus

Digitized by Google

latus meus prolongatus eſt, propterea quis dabit mihi pennas, vt columbæ, & volabo, & requieſcam? O homo cęcus, & inſenſatus, miſerabilis, & amentia plenus? audias quæſo quid de peccatis B. Cęſarius dicat hom. 16. de Energumeno ex tom. 7. vet. Bibliot. Patr. fol. 178. lit. B. [Multi enim dæmonem in corpore alieno formidant, in ſuo corde diſſimulant. Omnis enim, qui ſuperbiam diligit, diabolo plenus eſt, & ſi cum ſuperbia etiam inuidiam habere voluerit, duobus dæmonibus ſubditus erit. Etſi cum inuidia etiam adulterium fecerit, à tribus dæmonibus poſſidetur; ac ſi cum his malis mendacium amare voluerit, ab integra quadriga dęmonum ſubiugatur, & premitur, nam quot vitia hàbuerit homo, totidem dęmones habet:] hæc ille. Quæ omnia ſi conſiderare volueris, optima ſunt ad eruendum te ab inuio lubrico perditionis æternæ! O Homo Chriſti pretioſiſſimo ſanguine redemptus, peccatum fuge, ac ſi videres venenoſum ſerpentem, præterita crimina plange, dum tempus habes à Chriſto Ieſu veniam pete, qui pro te Crucifixus eſt, & multus eſt ad ignoſcendum hominum peccata: eaquè diſſimulans propter pœnitentiam. En Chriſtus in Cruce pendens manus habet tornatiles, plenaſq; hyacinthis gratiarum, aperias illi exoro tuæ voluntatis gremium, vt ad te veniens per gratiam, dignus ſis in terris dulcedines guſtare diuinas, quæ omnem creatam
26 exuperant delectationem. Hoc fac, & videbis (ò te felicem!) qualis, & quanta ſit differentia ſtatus peccati, & gratiæ. Certè hoc ſi contemplaberis, conuerſus ad Dominum, obſtupefactus remanebis. Eia ergo feſtina, vt cœleſtis Sponſus iaculo ſui amoris te vulnerari dignatur, & tu diuinis ſauciata vulneribus, dicere non ceſſabis ſpiritibus fœliciſſimis, vt fulceant te floribus, & ſtipent te malis, quoniam amore Chriſti extas incenſa.

Not. quod cùm Chriſtus ſupra dixit (Et ad eum veniemus) nõ intelligitur propter motum localem; Deus enim localem motum non habet, vt nos, & Angeli; nam ipſe eſt vbique; ſed dicuntur diuinæ perſonæ venire ad nos, quando nimirum faciunt in nobis nouiter effectum gratiæ gratum facientis, per quam ipſas diuinas perſonas habemus, vt indicat Auguſtinus in Ioannem, dicens, Veniunt ſubueniendo, venimus obediendo; veniunt illuminando, venimus intuendo, veniunt impellendo, venimus cupiendo.

27 Dum in anima iuſta eſt gratia Dei, quæ Dei gratia potentia eſt infinita, quomodo peccatum mortale, vel diabolus, cum nullam

habeat

Digitized by Google

habeat potentiam, gratiam ipſam Dei ab anima iuſta auferat, ipſumquè intret, & regnet?

Reſpondetur ſecundum Scotum 2. diſt. 27. quod non potentialiter, nec effectiuè mortale peccatum, vel diabolus de peccatrice anima Dei gratiam aufert propter terminos ſuos malos, quibus operatur, ſed demeritoriè eam aufert, nimirum in quantum Dominus non habitabit in corpore peccatis ſubiecto. Sapient. 1. & Pſalmo 25. Odiui Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo, vnde effectiuè, ac potentialiter nulla eſt in mundo potentia, quæ animam iuſtam poſſit à Dei gratia, & charitate ſeparare: qua de cauſa aiebat Apoſtolus Romanorum cap. 8. Quis ergo nos ſeparabit à Charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtiæ, an fames? &c.

An diabolus per mortale peccatum, ſubſtantialiter habitet in Anima, ſicut Spiritus Sanctus per gratiam? 28

Reſpondetur, cum D. Thoma quodlib. 3. art. 8. quod diabolus habitet in anima, dupliciter intelligi poteſt, vno modo quantum ad ipſam animam: alio modo quantum ad ipſum corpus; quantum ad ipſam animam, non poteſt diabolus ſubſtantialiter habitare, quoniam ſolus Deus illabitur menti, nec ita diabolus cauſat culpam ſicut Spiritus Sanctus gratiam, & charitatem; ſpiritus enim Sanctus interius operatur: diabolus verò exterius ſuggerit, vel quantum ad ſenſum, vel quantum ad imaginationem; dicitur ergo inhabitare affectum hominis, propter affectum malitiæ, & non ſolum quantum ex eius ſuggeſtione peccatum eſt perpatratum; ſed etiam per quodcunquè mortale peccatum; quoniam ex quolibet mortali peccato homo ipſius diaboli ſeruituti addicitur; ſed quantum ad corpus diabolus hominem ſubſtantialiter inhabitare poteſt, ſicut in Arreptitijs patet, ſed hoc magis ad rationem pertinet pœnæ, quàm culpæ.

De Potentijs Animæ rationalis. Cap. II.

QVot ſunt Animæ rationalis potentiæ? 1

Reſpondeo, tres, nimirum Memoria, Intellectus, & Voluntas.

Qualis eſt vnuſquiſquè ipſarum animæ potentiarum effectus? 2

Reſpondetur Memoriæ, recolere intellectui obiectum, Intel-

lectus rationem voluntati, nimirum quare hoc, vel illud facere, vel non facere debet, voluntatis verò, illud eligendi, vel non eligendi. Præterea, quamuis anima noſtra, ſtatim corpori infuſa, tales tres potentias habeat, ſcilicet memoriam, intellectum, ac voluntatem, nihilominus ante ſeptemnium ipſis non poteſt exercere operationes æternæ gloriæ dignas, abſquè Spiritus Sancti gratia, vt in anima SS. Virginis fuit, quæ ſecundum Suarez diſp.6. lect.6. ſtatim à Deo creata, corporiquè infuſa, Deo ipſi caſtitatem ſeruare promiſit, quando ſcilicet de ea aliter non diſpenſaret; idem eſt dicendum de anima Chriſti Sanctiſſima, in Cruce pro noſtra ſalute ſpirata, omnibuſquè alijs, quæ Dominus Verbum, cum quo iuncta erat, mandauerit facere, & obſeruare.

3 Quare anima noſtra non poteſt ſuas exercere potentias ante ſeptemnium, abſquè ſpeciali Spiritus Sancti gratia, vt in reſponſione dubij 2. diximus?

Reſp. Quoniam corpus, quod anima ipſa informat, non eſt ad operationem perfectam diſpoſitum; natura enim non, vt Deus in inſtanti operatur, ſed ab imperfecto, ad perfectum, quod ſecundum philoſophos, & praxim videtur, quod ad puerorum vſum, & diſcurſum rationis ipſorum circa ſeptem debeant anni currere; dicitur circa ſeptem anni currere debeant, quoniã interdum natura prius in vno puero, quàm in alio ſuam operatur perfectionem, ac virtutem, vt eſt videre in Regum, Principumquè filijs, maiorem habentibus vſum, & rationis diſcurſum in ſexto ætatis anno, quã in ruſticorum filijs in ſeptimo anno; Regum enim Principumq; filij, ob illam tantam commoditatem, quam habent, prius illam magnam humiditatem, in cerebro habentes, in omnibus partibus corporis humidiſſimo, ſenſus, inferioreſquè vires impeditas tenente, in ſiccitatem reſoluunt, quæ ad operationem perfectam, rationiſquè diſcurſum requiritur.

4 An anima de corpore egreſſa, tales potentias habeat, ſcilicet Memoriam, Intellectum, & Voluntatem?

Reſpondetur, quod ſic, ſpiritualiter loquendo, non autem materialiter prout in corpore; nam tales animæ potentiæ ſunt vna, & eadem res cum ipſa anima, ac diuidi non poſſunt, etiam per Dei potentiam abſolutam; vnde Deus poteſt animam rationalem annihilare, ſed non poteſt ipſius animæ potentias ſeparare ab ipſamet anima, ac ipſam rationalem dimittere, vt rationalis ſit, quoniam in tan-

in tantum anima noſtra dicitur rationalis, in quantum ipſa anima tres tales habet potentias, ſcilicet Memoriam, Intellectum, & Voluntatem, vtpotè Dei ſimilis, qui habet Memoriam, Intellectum, & Voluntatem.

Eſt autem hic aduertendum ſecundum Nauarr. tract. de Anima, quod non ſolum anima noſtra Dei eſt omnipotentis imago ſecundum ſuam naturam intellectualem, verùm etiam ſecundum ſuas potentias, & actus, vnde anima noſtra non ſolum, quatenus apta eſt ad Deum cognoſcendum, ipſumquè ſuper omnia amandum, eſt ipſi Deo ſimilis, verùm etiam quatenus vim memorandi, intelligendi, ac volēdi habet, cuiuſmodi eſt Deus, talē creando ſibi ſimilem animam gen. 1. faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. 5

Et Primò. Quia ſicuti Deus ſimpliciſſimam, ac puriſſimam habens ſubſtantiam, meminiſſe poteſt, intelligere, atquè velle ſine vlla materiali qualitate, ſic & anima noſtra immaterialem habens ſubſtantiam, poteſt meminiſſe, intelligere, & velle ſine aliqua materiali qualitate, licet non ſine immateriali, vt Deus. 6

Secundò, quod ſicut in ſumma illa Eſſentia diuina, ac indiuidua tres ſunt Perſonæ, Pater, ſcilicet Verbum, & Spiritus Sanctus; ita & in anima noſtra, quæ ſingularis, & indiuidua ſubſtantia eſt, tres reperiuntur potentiæ, puta Memoria, Intellectus, & Voluntas. 7

Tertiò, quod ſicut in illa ſumma, & indiuidua ſubſtantia diuina eſt Pater, qui ſe cognoſcendo, ſui generat notitiam, atq; imaginem, quæ eſt Verbum, puta filius ei conſubſtantialis, ac rurſus Pater, & notitia illa, Verbum ſcilicet supernum, quod filius eſt, ſeſe mutuò amando infinitè, ſummum illum mutuum amorem ipſi conſubſtantialem producunt, qui Spiritus Sanctus eſt, ita in noſtræ animę eſſentia ſe ſe ipſa intelligendo per ſuum intellectum, ſui generat notitiam, quæ eſt eius imago, ac per notitiam illam, quæ eius imago eſt, ac voluntatem, ſui generat amorem. 8

Quod ſicut filius à Patre genitus, non eſt Pater, neque Spiritus Sanctus à Patre, & Filio productus eſt Pater, vel Filius, vel vterq;, ita nequè illa imago, quæ eſt quædam animæ filia, eſt ipſa anima, ſiuè intellectus, nec amor ſui ab ea productus, & à ſui notitia, qui quidam filius eius eſt, nec intellectus, nec voluntas; eſt tamen immenſa differentia, quia notitia illa, imago, atq; Verbum à Patre productum, eſt ſubſtantia, eiuſquè conſubſtantialis imago coeterna; 9

na; item ille ſummus amor à Patre, ac filio productus, eſt ſubſtantia, & vtrique coęterna, conſubſtantialis, ac Verbum, & imago, & notitia animæ noſtræ, ſe genitam intelligendo, accidens eſt, ſeù forma accidentalis. Similiter, & amor à notitia, ſeu intellectione, & voluntate productus eſt accidens, & non ſubſtantia, eaquè recentior.

10 Dum Anima noſtra de corpore egreditur, memoriam, intellectum, ac voluntatem habet, vt diximus, poteſt ne peccare, ac pœnitere, ſicut in corpore?

Reſpondetur, quod non, perfectè loquendo, nam quamuis ipſa anima noſtra habeat tres tales potentias, memoriam, &c. non tamen ipſas poteſt exercere bono, vel malo corpori iuncta etiam in die iudicij, quoniam dum anima noſtra in mortali ſuo commoratur corpori: in manu eſt ſui liberi arbitrij, ſcilicet in poſſe, vel non poſſe facere, vel in facere, & non facere actus intra eumdem ſpeciem, prout ipſi placuerit: ſed de ſuo mortali corpore egreſſa, atq; immortali corpori iuncta: in termino, ſeù in Patria eſt, puta non amplius in poteſtate ſua, ſed diuinæ iuſtitiæ. Dicitur ſupra (perfectè) quoniam perfectè teſtari poſſumus, quod peccatores conuertantur in alia vita, iuxtà illud Pſalm. 9. Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes, quæ obliuiſcuntur Deum.

11 An Anima noſtra in alia vita loqui poſſit, atq; audire?

Reſpondetur, quod ſic, ſed non eo modo, quo eſt in mortali vita, ſed eo modo, quo loquuntur, & audiuntur Angeli, tàm boni, quàm mali; videlicet per conceptum mentis; vnde Angelus, vel Anima alteri animæ loqui volens, vel etiam Angelo, ſtatim Angelus ille, vel anima, cui dictum eſt, audit, atquè intelligit omnia, quæ Angelus ille, vel illa anima dicere deſiderat, ac vult manifeſtare, quoniam anima corpore ſecluſa, non requiritur, vt externo dicat, vel audiat, ſed interno vult loqui, vel audire, non intelligit anima noſtra, ac loquitur in hoc ſæculo ſicut in alia vita, dum enim Anima noſtra in corpore eſt paſſibili, eſt phantaſmatibus inuoluta, ipſam animam tenentibus impeditam ad intelligendum, vel perfectè loquendum, ſed è corpore egreſſa ab omnibus eſt ſpoliata phantaſmatibus, ſicuti Angeli perfectè loquentes, ac intelligentes; poſſet attamen anima noſtra audire, ac loqui in alia vita, ſicuti nunc in hoc ſæculo, quando in die Iudicij vniuerſalis ſuo iungetur corpori, ſicut Chriſtus ſuis dixit Apoſtolis

ſtolis, ſcilicet, Pax vobis accipite Spiritum Sanctum; &c.

An Anima in alia vita, alteri loquendo animæ, ſuam loquutio- 12
nem aliæ animæ intelligant?

Reſpondetur, quod non, quoniam in alia vita loquutio à voluntaria loquentis diſpoſitione dependet, ac non poteſt altera anima intelligere niſi illa ſola, cui dictum, vel reuelatum fuit, ſicuti de Angelis.

An Anima, quando eſt in alia vita poſſit aliquod bonum, vel 13
malum in hoc ſæculo patratum, ſcire?

Reſpondetur, quod ſic, ſed non per ſe ipſam, ſed per alium, puta ſi eſt in Inferno diabolus, vel Dei iuſtitia ei omnia narrat, & dicit, & hoc ſemper ad maiorem ipſius pœnam, & cruciatum, ſiue ſit malum, ſiue ſit bonum pro ſe patratum opus, ſi anima eſt in Purgatorio, non diabolus, ſed Dei Angelus, ille ſpecialiter, qui in hoc ſæculo ipſam habebat in cuſtodiam; nam Angelus animã cuſtodiens, nunquam ipſam dimittit quouſque ad cœlum feratur ad æternaliter Deo Vno, Trinoquè fruendum, &c. vel Dei iuſtitia ei omnia narrat, ac dicit, ſicut animæ damnatæ, & hoc ſemper ad maiorem ipſius conſolationem, tanquam damnatæ pœnam, & cruciatum; ſi anima eſt in Paradiſo, non Angelus, vel alius cœleſtis ſpiritus ei dicit, & narrat, ſed in Verbo reſpiciens, tanquam qui reſpicit in ſpeculo, ſcit, atq; videt (Domino ipſo permittente) omnia, quæ in hoc ſæculo propter amorem ſuum fiunt; vnde de bonis illis operibus gaudet, ac pro facientibus orat, & intercedit apud Dominum.

Notandum, quod quando ſupra dicitur, quod anima (ſiue ſit 14
in Purgatorio, ſiue in Inferno; ſcire poſſit per annunciationem Angelorum, quæ in hoc ſæculo pro ſe fient; de eis intelligendum eſt, quæ externè fiunt, non autem de eis, quæ tantum fiunt in mente, vt ſunt mentales orationes; quoniam Angeli, ſiue mali, ſiue boni talem poteſtatem non habent ad nunciandum interna operata, ipſi enim interna minimè cognoſcere poſſunt, vt idem erit dicendum de Aduerſario Animæ in num. 2. Nam hoc ſoli Deo conuenit, dicenti. Ego ſum Deus ſcrutans corda. Pſal. 7. cognoſcunt illas Beati ſolum, vnde ſecundum D. Gregorium III. mo- 15
ral. Beatis in Verbo manifeſtatur illud, quod decet eos cognoſcere de eis, quæ circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis, maximè autem excellentiam eorum decet, vt cogno-

gnoſcant petitiones ad eos factas, vel voce, vel corde, & ideò petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt.

16 An Anima poſſit miracula facere, & creationes?

Reſpondetur, quod non, neque Angelus, aliuſquè ſpiritus cęleſtis quantuncunquè ſit in Domino excellentiſſimus; nam ipſa miracula, & creationes ſolus Deus efficit; ipſa enim fiunt præter ordinem naturæ. Fiunt ergo aliquando miracula, & creationes per animam beatam, ac beatum ſpiritum propter ipſorum interceſſionem; nimirum in quantum tales ſpiritus, & anima beata Deo fundunt ardentiſſimas preces pro neceſſitate ſuorum deuotorum, & tunc diuina bonitas concedit, ac facit miracula, & creationes, vt ſcilicet per ſanctos ſuos admirabilis in mundo eius appareat virtus: iuxtà illud Pſalm. 67. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.

17 An Anima in Paradiſo vnam poſſit videre Sanctiſſimæ Trinitatis perſonam, abſq; alia? puta Patrem abſq; Filio, vel Spiritum Sanctum abſq; Patre, & Filio?

Reſpondetur, quod non, nequè per Dei potentiam abſolutam; quamuis enim Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonę ſint diſtinctæ, iuxtà illud D. Athanaſij in Symb. alia eſt enim perſona Patris; alia Filij, alia Spiritus Sācti; nihilominus indiuiſæ ſunt; neque diuidi poſsūt, cum vna ſit maieſtas, atquè Diuinitas ex qua cauſa ſupra dictus D. Athanaſius præcedentibus verbis addidit. Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coęterna maieſtas. Ex qua cauſa Dominus Noſter Ieſus Chriſtus Philippum arguebat ei dicentem. Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis; reſpondit Ieſus eius petitioni dicens. Philippe, qui videt me: videt & Patrem meum, non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt, vt patet Ioannis capite 14.

18 An Anima rationalis in Inferno crucians, videre poſſit in Paradiſo beatorum gloriam?

Reſpondetur, quod ſic. Diuus enim Thomas 4. ſent. diſt. 50. q. 2. art. 2. ait; quod damnati ante diem iudicij, videbunt Sanctos in gloria, ſed non hoc modo, quod nimirum qualis ſit eorum gloriam cognoſcant, ſed ſolum cognoſcent eſſe in gloria quadam inextimabili, & ex hoc turbabuntur, tum propter inuidiam, dolentes de fœlicitate bonorum, tum propter ipſorum cęcitatem, quia, ſcilicet, nimis ineptè ambulantes, talem inextimabilem gloriam

riam

Digitized by Google

riam perdiderunt; ſed poſt diem iudicij, omninò beatorum viſione priuabuntur, nec propterea ex hoc eorum pœna minuetur, ſed augebitur, habebunt enim memoriam gloriæ beatorum, quam in iudicio, vel antea viderunt, & hoc erit eis indicibile, ac aſperrimum tormentum, ſed væ ipſis vndiquè miſerijs, ac poenis circumdati! Etiam vlterius eius indicibilis infœlicitas extenditur, videbunt enim ſe indignos reputari, vt videant, etiam gloriam, quam Sancti habere meruerunt, ac proindè magis eius afflictio intenditur; vnde ſcies, quod licet magis diſtet ab eis dicta gloria, quam ea, quæ hic in mundo miſerabili aguntur nihilominus, ea quæ hic in hoc ſæculo patrantur, non ita affligerent, ac cruciarent damnatos in inferno, ſi talia viderent, ſicuti Sanctorum gloria aſpecta; damnatis enim non ita oſtenduntur ea, quæ hic aguntur, ſicut Sanctorum gloriam, quamuis ipſis oſtendantur ea, quæ hic aguntur, quæ nimirum eis triſtitia, & dolore afficere poſſint.

An animæ poſſint apparere hominibus, ſicuti Angeli apparent, 19
vt in multis Sacræ Scripturæ locis habetur?

Reſpondetur, quod non, ſecundum naturalem curſum, vt eſt principaliter videre apud D. Thomam 4. ſent. diſt. 45. q. 1. art. 2. quæſtiuncula 3. ſed benè ſecundum diſpoſitionem diuinæ Prouidentiæ, & ſi animæ interdum à ſuis egreſſæ receptaculis, corporibus hominum præſentantur, vt D. Auguſtinus, de cura pro mortuis agenda, narrat de Felice martyre, qui ciuibus Nolanis viſibiliter apparuit, cum barbaris oppugnarentur, in libro quoquè dialogorum multa narrantur de huiuſmodi animarum apparitionibus.

An animæ quando volunt, hominibus apparere poſſint? 20

Reſpondetur per ſupradictum D. Thomam, quod ſic. Animæ Sanctorum nimirum non autem damnatorum, niſi aliquando à diuina permittatur iuſtitia.

An anima ſemper quando apparet, ſit ibi præſentialiter? 21

Reſpondetur, quod non, vt D. Auguſtinus lib. de cura prò mortuis agenda, multis hoc comprobat exemplis.

Anima à ſuo corpore ſeparata, quomodo ambulat? 22

Reſpondetur, quod ambulat, vt voluntas; vnde anima noſtra ſtatim è corpore egreſſa adeſt, vbi vellet; imò poteſt in eodem tempore, per diuinam potentiam, ac voluntatem in pluribus eſſe locis ſimul, & ſemel, & hoc à philoſophis dicitur propter, vbi multiplicationem, nimirum quatenus per diuinam potentiam ille locus

Digitized by Google

vbi anima ſedit, in plura multiplicatur loca nempe anima in Purgatorio ſi ſit poſita, poteſt Deus, ſua potentia infinita, plura creare purgatoria, ac facere, vt illa anima, in hoc ſit Purgatorio, atquè in illo, ſi enim Deus, vt legitur de D. Antonio Patauino, fecit, vt eodem tempore etiam in Gallia operaretur, Deo ipſo mediante, quantò magis anima à ſuo corpore ſeparata per ipſius Dei potentiam abſolutam poteſt eſſe pluribus in locis eodem tempore, cum ſit ſpiritualis ſubſtantia? Dei enim potentiæ, ac voluntati, quis reſiſtere poteſt? Immò probatur ex ſanctiſſima Chriſti anima, quæ in cęlo exiſtens, etiam per totam Eccleſiam, quaſi in infinitis conſacratis particulis in ſacrario repoſitis, aſſiſtit, & adeſt, vt fide tenemus catholica.

23 Anima de ſuo egrediens corpore: in quem locum deſcendit, vel adit?

Reſpondetur, quod multa ſunt loca, in quibus anima, à ſuo egrediens corpore, eſſe poteſt; primò, ſi abſq; vlla peccati macula, ac reatu egreditur: ſtatim peruolat ad Celum, ibi enim diuina
24 fruitur eſſentia, in qua omne gaudium conſiſtit; ſecundò, ſi cum mortali egreditur culpa: ſtatim in inferorum deſcenderet regiones, vbi ſumma reperitur miſeria, ſicut in cœlo ſummum inuenitur gaudium, videlicet prò culpa, viſionis, ac Dei Vni, & Trini carentia; & pro pœna, dolor, cruciatuſquè ſenſibilis, qui profectò ad diem vſquè Iudicij augetur, & poſtea in ſempiternum in ſuo gradu remanebit, in quo die vniuerſalis Iudicij inuenitur (ſicut in cœlo) Sanctorum gloria; ideſt non quia Beati in Paradiſo creſcunt, vel decreſcunt in bonitate, vel affectione, ſolatio ac fruitione beatifica, quæ ſemper tanta eſt, ac æquè intenſa, ſicut beatifica viſio, toto enim conatu, ac toto poſſe, Beati illa fruuntur charitate diuina; ſed aliquas habent intellectiones non beatificas, ſicut & reliquas intellectiones, quæ abeunt, & adueniunt, intenduntur, ac remittuntur; hoc autem non propter augmentum ſummæ gloriæ, aut gratiæ, & charitatis, ſed ad maiorem conatum potentiarum ad agendum ad diem vſq; Iudicij, qui poſtea in ſempiterno remanent gradu illo, in quo die illa tremenda inueniuntur. Tertiò, ſi cum ſola originali egreditur culpa, ſtatim in puerorum lymbum adit, in quo tantum viſionis, ac fruitionis Dei ſummi boni carentia eſt, abſq; vllo dolore, & cruciatu ſenſibili, ſed damni tantum pœnam ſuſtinebit in perpetuum, vt iam dixi; in quo lo-

co non ſolum fidelium pueri deſcendunt ſine baptiſmate decedentes, verum etiam infidelium, cum omnes ſint æqualis culpæ, ac pœnæ damni participes, modo ante rationis, ac diſcurſus vſum moriantur; nam ſi diſcurſu, & ratione pollentes baptizari minimè volunt, exemplo, ſic morientes, tum fidelium, quàm infidelium pueri, ſunt æternis pœnis addicti, ac deputati ſecundum præſentem iuſtitiam, & ſic condemnati, eorum animæ per æterna torquebuntur ſæcula. Et huius ratio eſſe poteſt, quoniam ipſorum quilibet rationis vſum habens: baptizari tenetur, vel baptizandi voluntatem habere ſe baptizandi habita commoditate, ſecus, mortaliter peccaret, & in infernum deſcendunt. Quartò, ſi tantum 26
pœnam habet, abſquè vlla mortali, vel originali culpa, in purgatorium deſcenderet, vbi non æternaliter punitur, ſicut in Inferno, ſed temporaliler, nempè quouſquè diuinæ iuſtitiæ fuerit plenæ ſatisfactum, licet vſquè ad vltimum quadrantem; nullum enim coinquinatum intrabit in ea Apoc. cap. 21. iſta verò purgandorum loca, videlicet Infernus, Lymbus, ac Purgatorium in centro Terræ ſunt, veluti camerulæ in medio pomi. Verum quippè eſt, quod multoties diuina iuſtitia, alia purgandorum loca, præter Purgatorium, &c. conſtituat pro pœna temporali ſoluenda ad leuem culpam conſequente, vt in exemplorum viridario de D. Patritio patet, nimirum multas animas in vno aquæ ſtagno purgantes aſpiciente.

Anima cum originali tantum, ac veniali culpa à ſuo corpore 27
egredient, videlicet, homo non baptizatus moriens, neq; peccatum mortale committens, ſed veniale tantum, in quem ſupradictorum locorum deſcenderet?

Reſpondetur, quod hoc contingere minimè poteſt, ſicuti non poteſt contingere animæ nullum operanti malum, nec bonum, vt num. 8. tract. de Anima dictum eſt, homini enim ante rationis, & diſcurſus vſum nullum imputabitur peccatum, nec mortale, nec veniale; rationis verò, ac diſcurſus adueniente vſu, & baptizari haud cupiens homo feriò mortale committit peccatum, vt ſupra dictum eſt, quo dignus eſt Inferno, ac proindè in talem deſcendit locum ſi cum tali mortali culpa ab hac decederet vita mortali. Et caſu quo ſupra, homini illud contingere poſſet, nimirum ab 28
hoc ſæculo originali, ac cum veniali decedere culpa, non in infernum deſcenderet, culpam enim mortalem non haberet, nec

N 2 deſcen-

vbi anima ſedit, in plura multiplicatur loca nempe anima in Purgatorio ſi ſit poſita, poteſt Deus, ſua potentia infinita, plura creare purgatoria, ac facere, vt illa anima, in hoc ſit Purgatorio, atquè in illo, ſi enim Deus, vt legitur de D. Antonio Patauino, fecit, vt eodem tempore etiam in Gallia operaretur, Deo ipſo mediante, quantò magis anima à ſuo corpore ſeparata per ipſius Dei potentiam abſolutam poteſt eſſe pluribus in locis eodem tempore, cum ſit ſpiritualis ſubſtantia? Dei enim potentiæ, ac voluntati, quis reſiſtere poteſt? Immò probatur ex ſanctiſſima Chriſti anima, quæ in cęlo exiſtens, etiam per totam Eccleſiam, quaſi in infinitis conſacratis particulis in ſacrario repoſitis, aſſiſtit, & adeſt, vt fide tenemus catholica.

23 Anima de ſuo egrediens corpore: in quem locum deſcendit, vel adit?

Reſpondetur, quod multa ſunt loca, in quibus anima, à ſuo egrediens corpore, eſſe poteſt; primò, ſi abſq; vlla peccati macula, ac reatu egreditur: ſtatim peruolat ad Cęlum, ibi enim diuina
24 fruitur eſſentia, in qua omne gaudium conſiſtit; ſecundò, ſi cum mortali egreditur culpa: ſtatim in inferorum deſcenderet regiones, vbi ſumma reperitur miſeria, ſicut in cœlo ſummum inueniatur gaudium, videlicet prò culpa, viſionis, ac Dei Vni, & Trini carentia; & pro pœna, dolor, cruciatuſquè ſenſibilis, qui profectò ad diem vſquè Iudicij augetur, & poſtea in ſempiternum in ſuo gradu remanebit, in quo die vniuerſalis Iudicij inuenitur (ſicut in cœlo) Sanctorum gloria; ideſt non quia Beati in Paradiſo creſcunt, vel decreſcunt in bonitate, vel affectione, ſolatio ac fruitione beatifica, quæ ſemper tanta eſt, ac æquè intenſa, ſicut beatifica viſio, toto enim conatu, ac toto poſſe, Beati illa fruuntur charitate diuina; ſed aliquas habent intellectiones non beatificas, ſicut & reliquas intellectiones, quæ abeunt, & adueniunt, intenduntur, ac remittuntur; hoc autem non propter augmentum ſummæ gloriæ, aut gratiæ, & charitatis, ſed ad maiorem conatum potentiarum ad agendum ad diem vſq; Iudicij, qui poſtea in ſempiterno remanent gradu illo, in quo die illa tremenda inueniuntur. Tertiò, ſi cum ſola originali egreditur culpa, ſtatim in puerorum lymbum adit, in quo tantum viſionis, ac fruitionis Dei ſummi boni carentia eſt, abſq; vllo dolore, & cruciatu ſenſibili, ſed damni tantum pœnam ſuſtinebit in perpetuum, vt iam dixi; in quo loco non

co non ſolum fidelium pueri deſcendunt ſine baptiſmate decedentes, verum etiam infidelium, cum omnes ſint æqualis culpæ, ac pęnæ damni participes, modo ante rationis, ac diſcurſus vſum moriantur; nam ſi diſcurſu, & ratione pollentes baptizari minimè volunt, exemplo, ſic morientes, tum fidelium, quàm infidelium pueri, ſunt æternis pœnis addicti, ac deputati ſecundum præſentem iuſtitiam, & ſic condemnati, eorum animæ per æterna torquebuntur ſæcula. Et huius ratio eſſe poteſt, quoniam ipſorum quilibet rationis vſum habens: baptizari tenetur, vel baptizandi voluntatem habere ſe baptizandi habita commoditate, ſecus, mortaliter peccaret, & in infernum deſcendunt. Quartò, ſi tantum 26
pęnam habet, abſquè vlla mortali, vel originali culpa, in purgatorium deſcenderet, vbi non æternaliter punitur, ſicut in Inferno, ſed temporaliler, nempè quouſquè diuinæ iuſtitiæ fuerit plenæ ſatisfactum, licet vſquè ad vltimum quadrantem; nullum enim coinquinatum intrabit in ea Apoc. cap. 21. iſta verò purgandorum loca, videlicet Infernus, Lymbus, ac Purgatorium in centro Terræ ſunt, veluti camerulæ in medio pomi. Verum quippè eſt, quod multoties diuina iuſtitia, alia purgandorum loca, præter Purgatorium, &c. conſtituat pro pœna temporali ſoluenda ad leuem culpam conſequente, vt in exemplorum viridario de D. Patritio patet, nimirum multas animas in vno aquæ ſtagno purgantes aſpiciente.

Anima cum originali tantum, ac veniali culpa à ſuo corpore egrediente, videlicet, homo non baptizatus moriens, neq; peccatum mortale committens, ſed veniale tantum, in quem ſupradictorum locorum deſcenderet? 27

Reſpondetur, quod hoc contingere minimè poteſt, ſicuti non poteſt contingere animæ nullum operanti malum, nec bonum, vt num. 8. tract. de Anima dictum eſt, homini enim ante rationis, & diſcurſus vſum nullum imputabitur peccatum, nec mortale, nec veniale; rationis verò, ac diſcurſus adueniente vſu, & baptizari haud cupiens homo ſeriò mortale committit peccatum, vt ſupra dictum eſt, quo dignus eſt Inferno, ac proindè in talem deſcendit locum ſi cum tali mortali culpa ab hac decederet vita mortali. Et caſu quo ſupra, homini illud contingere poſſet, nimirum ab 28
hoc ſæculo originali, ac cum veniali decedere culpa, non in infernum deſcenderet, culpam enim mortalem non haberet, nec

Digitized by Google

deſcenderet in puerorum Lymbum cum ſolo originali peccato morientium; ibi enim non punitur pęna ſenſus, ſed damni tantum; & ſic videtur, quod talis anima locum haud haberet, vbi ſuum
29 poſſit peccatum veniale, vel originale purgari. Nihilominus eſt nobis finiendum cum Angelico Doctore Aquinate. Quod, ſcilicet in infernum deſcenderet, ibi enim cruciari, ac puniri debet; nam quamuis Anima ipſa de hoc ſęculo cum originali culpa, pro qua tantum in puerorum lymbo, damni pęnam meretur, nimirum diuinæ iuſtitiæ, viſionis, fruitioniſquè carentiam, attamen poteſt pęnam ipſam damni in inferno ſuſtinere tanquàm in lymbo, venialiſquè peccati pęnam purgari æternaliter, quoniam tamen ſuſtinent in lymbo pueri pro culpa originali, quantum ſuſtinent in inferno damnati pro culpa mortali, ipſiuſquè pœna, cruciatuquè ſecluſo; nam pueri ipſi in lymbo, non ſolum tenebras ſuſtinent exteriores, vt SS. Patres ſuſtinebant in lymbo antequàm ad ipſos Chriſtus deſcendiſſet, verum etiam interiores, ideſt non ſolum non vident Deum ſummum bonum, verum etiam eius non habent gratiam, & charitatem, quod tantum eſt in inferno damnatis pro culpa mortali, ipſiuſquè pœna, cruciatuquè ſecluſo, vt diximus. Vnde hic poſſumus aſſerere, quod pueri ipſi nunc in lymbo exiſtentes pro originalis culpa peccati, in die iudicij in infernum diſcenderēt, atq; ibi ęternaliter ſtarent, tanquam damnati, ab ipſis damnatorum pœna, ac cruciatus pro mortali culpa inflictus penitus excluſus; quoniam credere poſſumus, quod poſt vniuerſale iudicium duo animarum ſolum reſtent loca, ſcilicet Paradiſus, & Infernus. Verum eſt, quod multi piè affirmant; dicendo, quod pueri ipſi nunc in lymbo exiſtentes, poſt vniuerſale iudicium, in hunc mundum venirent, atq; in ipſo æternaliter ſtarent, ſicut in Paradiſo beati, ac in Inferno damnati.

30 An vna anima poſſit pro alia in inferno puniri, & cruciari?

Reſpondeo, quod quamuis vnus hic à diuina iuſtitia puniatur, & crucietur pro alio, vt principaliter patet in Deuteronom. cap. 5. & Exodi cap. 20. Ego ſum Dominus Deus fortis Zelotes, vindicās iniquitatem patrum in filios in tertiam, ac quartam generationem eorum, qui oderunt me. Nihilominus quò ad animam, vt anima eſt vllo modo in inferno punitur, & cruciatur, quoniam diuina iuſtitia, inquit per Ezechielem capite 18. Anima quæ peccauerit: ipſa punietur: filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non

por-

portabit iniquitatem filij; non punitur, ac cruciatur vna anima pro alia in inferno, ſicuti hic in hoc ſæculo vnum corpus pro alio, vt dictum eſt; Animæ enim non habent ad inuicem connexionem vt corpora, nam vnum corpus ab alio procedit corpore per viam generationis, vt patet filius namquè à patre, & matre procedit, & propterea filius dicitur eſſe aliquid patris, & matris, ſed animæ omninò diuiſæ ſunt, ac diſtinctæ ab omnipotenti Dei manu creatæ ex nihilo, vt initio de Anima dictum à nobis eſt.

Præterea dicendum eſt, quod non poteſt vna anima pro alia 31
puniri, & cruciari in inferno, vel in purgatorio loquendo de diuina iuſtitia ordinaria, non verò de potentia Dei abſoluta; vnde ſi Deus ipſe de potentia ſua abſoluta vult omnes animas damnatas ſaluari, ac beatas damnari, profectò non dubitatur, quod facere non poſſet ſi vellet, cum nulla ſit in mundo potentia, quæ diuinæ poſſit reſiſtere voluntati. Eſter cap. 13. Domine Rex omnipotens, in ditione tua, cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ voluntati reſiſtere.

Si Anima eſt immaterialis, atquè inuiſibilis, quomodo in infer- 32
no, vel Purgatorio punitur per ignem, qui materialis, ac viſibilis eſt?

Reſpondetur, propter ſuperiorem ordinem, ac voluntatem diuinam; nam ſicut Baptiſmus, qui eſt corporis ablutio exterior cum naturali aqua, ac viſibili, ſpiritualem gratiam, & charitatem in ipſam animam inducit, & confert ex diuinæ voluntatis imperio, ita in ipſam Inferni, & Purgatorij ignis, dolorem, ac cruciatum imprimit; vel cum Doctore Angelico.

Reſpondeo, quod Inferni, & Purgatorij ignis ſecundum ſuam 33
naturam habet, quod ſpiritus corporeus ei coniungi poſſit, vt loco locatum, ſed in quantum diuinæ iuſtitiæ eſt inſtrumentum habet, vt ipſe quodammodo eum retineat alligatum, & veriſſimum eſt, quod ille ignis ſit ſpiritui noxius, ac contrarius, & ſic anima ignem, vt noxium ſibi videns: ab igne cruciatur; vnde D. Gregorius in 4. lib. Dialogorum, omnia iſta per ordinem tangit, vt eius ſcripta legenti patebit, corpora autem dãnatorum, vt ait D. Thomas ſuper Epiſt. ad hebræos 10. cruciabuntur ab igne non totaliter conſumendo, ſed in perpetuum cruciando, & idem D. Thom. p. p. quæſt. 64. inquit, quod flamma, & locus, non eſt pœnalis Angelo, aut animæ, quaſi afficiens, alterando naturam; ſed quaſi

affi-

Digitized by Google

afficiens voluntatem contriſtando, dum Angelus, ideſt dęmon, vel anima appręhendit ſe eſſe in loco non ſuæ voluntati conuenientc.

34 Quare ignis potius, quàm elementa cętera, animas cruciabit reprobas, ac peccatrices?

Reſpondetur cum D. Thoma loco ſupracitato diſt. 50. quæſt. 2. art. 3. quęſtiuncula 1. quod ſecundum Baſilium in vltima mundi purgatione, quædam fiet in elementis reparatio, vt quicquid eſt purgatum in infernum proijciatur ad damnatorum pęnam, vt ſicut omnis creatura Dei, eſt beatis materia, ac occaſio gaudij; ita damnatis omnes creaturæ tormentorum varia genera exiſtant, ac contra ipſos veluti crudeliſſimi milites pro Creatore bellabunt: iuxtà illud Sapientiæ cap. 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra inſenſatos, hoc etiam diuinæ competit iuſtitiæ, vt ſicut à Deo vno recedentes per peccatum mortale (in naturalibus rebus) quæ ſunt multæ, ac variæ, ſuum conſtituerunt finem; ita etiam multipliciter affliguntur ex multis, ſed quia ignis eſt maximè afflictiuus, quia magna actiua abundat virtute, idcircò nomine ignis afflictio omnis deſignatur, vt vehemens ſit.

35 Si Animæ temporaliter peccauerunt: cur æternaliter igni ſunt tradendæ?

Reſpondeo cum D. Vincentio in ſermonibus, quòd quando quis in peccato moritur, tunc magis in eo obſtinatur, & quia obſtinatio illa in peccatore æternaliter durabit, ideò etiam pęna erit æterna; idem habet D. Greg. moral. 133.

36 Quare diuina iuſtitia homini peccatori longiorem vitam præbet ad pœnitentiam, quàm Angelo, qui ſtatim ſuperbiæ, vel inuidiæ peccatum committens, ſtatim ad infernùm fuit proiectus: homo verò peccator non ita?

Reſpondeo ſecundum D. Thomam, quod homo magis erat à Deo diſtans, atqnè oportebat, quod in eius cognitionem, inquirendo, perueniret; Angelus autem Deiformi intellectu, ſtatim ſine inquiſitione in Dei cognitionem peruenire potuit.

37 Quot annis anima, pro vno mortali peccato in hoc ſæculo remiſſo, in purgatorio cruciabitur?

Reſpondeo, quod Scrutinium Sacerdotale tract. de confeſſ. in fine, inquit, quod ille, quē in hoc ſæculo non penitet, pro quolibet peccato iam dimiſſo ſeptem annis purgatur in purgatorio, tot annis,

annis, quot dies ſunt in ſeptem annis, vnus annus cuilibet dici correſpondens iuxtà illud Zachariæ cap. 4. teſtans diem pro anno dedit tibi, puta diem in hoc ſęculo Miſericordiæ, & gratiæ, annum verò in alio ſæculo iuſtitiæ, & vindictæ; ſicquè annus vnus, diebus conſtaret 365. videtur ſecundum ſuam opinionem, in Sacra Scriptura non benè applicatam, quod quælibet anima peccatrix deberet in illo acerbiſſimo purgatorij igne bis mille quingenti quinquaginta annorum purgari, & cruciari, quod militare videtur contra omnē immenſam bonitatem diuinam erga ſuos. Vnde 38
hic ſtandum eſt cum Soto 4. ſent. diſt. 21. quæſt. 2. artic. 1. quod anima non ſolum in acerbiſſimo purgatorij igne bis mille quingenti quinquaginta annorum non purgatur, & cruciatur pro quolibet peccato mortali, verum etiam pro multis, diuerſiſquè peccatis viginti annorum; immò decem affirmat Alphonſus Viualdus in ſuo candelabro aureo tract. de Purgatorio num. 9. etiam ſi nulla fuerit pro ea applicata ab amicis indulgentia, aliaque bona opera, & hoc ex duplici cauſa. Prima, propter tantam tormentorum acerbitatem; vnde Purgatorij ignis eſt illi inferni ſimilis, ſed ſolum differunt, quod ignis ille purgatorij temporalis eſt, ac finibilis: ille verò inferni, infernalis, & infinibilis. Secunda propter tantam beneuolentiam, & charitatem, quam Deus, infinitum bonum, circa ſuam habet creaturam; verum eſt, quod liceat per multos Pontifices: videri per bis centum annos, iubentes pro defunti anima de Requie Miſſam celebrare, preceſque fundere.

Quot modis Anima à pœnis Purgatorij liberatur? 39

Reſpondeo duobus modis. Primò per meram iuſtitiam Dei, nimirum quando iuſtitiæ diuinæ plenè fuerit ſatisfactum, vſquè ad vltimum quadrantem, vt alibi diximus. Secundò, ante tempus à diuina iuſtitia determinatum, & hoc propter viuorum ſuffragia, quæ duobus modis fieri poſſunt.

Primò per modum meriti, & hoc eſt quando quis in gratia, & 40
charitate Dei exiſtens motu proprio bonum opus aliquod facit pro defuncti anima, quod bonum opus, ab ipſa defuncti anima, pœnam, & cruciatum ſoluendum expiat, tanquam ſi per ſe ipſum defunctum factum fuiſſet; quoniam ſecundum ſacros DD. præſertim per D. Thom. in addit. 3. p. quæſt. 71. art. 1. Ving. de Pœnitentia verſ. 33. propter illam viuorum fit mortui, & hic toties,

quo-

quoties quis in gratia, & charitate exiſtens aliqua, pro defuncti anima, opera facit, ac miniſtrat toties, quoties eiuſdem meriti, ac fructus ſunt, tanquam per ſe ipſum defunctum facta reputari poſſunt.

41 Secundò, per modum ſuffragij; quod non eſt quando quis motu proprio pro aliqua defuncti anima, aliqua facit opera, ſed quando bonis ſtudet inſudare operibus, vt S. Matris Eccleſiæ miniſter, nimirum ſi eſt Sacerdos. Miſſas celebrare mortuorum, & exequia; quæ Miſſæ mortuorum celebratio, & exequiorum, non ſolum defuncti animę proſunt à Sacerdote, ac miniſtro in gratia exiſtente, ac charitate facta, verum etiam ſi mille haberet peccata mortalia, & hoc non in quantum ſunt peccatoris opera, & à peccatoribus applicantur, ſed in quantum eſt Sanctæ M. Eccleſiæ miniſter cuius perſonam gerit, quod non eſt quando quis proprio motu facit, ac miniſtrat in mortali peccato; Deus enim peccatores non exaudit, vt D. inquit Ioannes cap. 9. immò eos odio ha-

42 bet iuxta illud Pſalm. 118. Iniquos odio habui; Poteſt aliquando opus bonum defuncto, vel viuenti prodeſſe per peccatorem elicitum, ſed per accidens, nimirum dantem pauperi eleemoſynam, pro qua eleemoſyna, pauper ille recipiens, gratia, & charitate Dei dignus, pro dante, ad Dominum orandum excitatur. Deus namquè, qui ſummè miſericors eſt, ac clemens non peccatoris reſpicit eleemoſynam, ſed pauperis boni recipientis deprecationem, & caſu, quod pauper ipſe recipiens, malus ſit, puta in mortali peccato conſtituto, tanquam præbens, eleemoſyna ipſa ſupplet, iuxtà illud Eccleſiaſt. c. 29. Abſcondi eleemoſynam in ſinu pauperum, & ipſa orabit pro te.

43 Præterea, non ſolum eleemoſyna, bonumquè opus prodeſt illi, pro quo fit, verum etiam illi, qui facit illud omnibuſquè in gratia, & charitate Dei exiſtentibus; nimirum tùm mortuis, tùm viuis; vnde opus bonum in gratia, & charitate operatum duobus conſideratur modis; vno modo in quantum eſt pœnarum relaxatiuum; alio modo in quantum eſt gratiæ, & charitate dignum. Primò modo in quantum opus bonum operatum, pœnarum eſt relaxatiuum per modum cuiuſdam recomperationis, quantum ad hoc ſolum opus bonum illi eſt, pro quo fit, ac eum tantum à pœnis prò peccatis debitis liberat, & non alium. Secundò, modo in quantum opus patratum, eſt gratia, & charitate dignum; quan-

tum ad hoc, non ſolum opus bonum, pro quo fit, prodeſt, verum etiam omnibus in gratia exiſtentibus nimirum tàm mortuis, quã viuis, & plus illis qui in maiori gradu gratiæ, & charitatis extiterint, nam quamuis bonum opus patratum, propter facientis applicationem finitum ſit, cum omne opus, ſiuè bonum, ſiuè malum ab hominibus patratum naturaliter ſit finitum, tamen gratiæ, & charitati iunctum, infinitum eſt, & tantò facienti prodeſt, ac pro omnibus alijs in gratia, & charitate exiſtentibus, quantum pro quo fit; quoniam bonum opus in gratia, & charitate ab homine patratum, ſecundum D. Thom. 4. ſent. diſt. 45. q. 2. non minuitur, ſi effectus eius diſtribuatur in multos, imò magis augetur; & D. Aug. lib. de Confeſſ. inquit, Gaudium, quod procedit ex charitate, tantò fit maius, quantò pluribus eſt commune. Sunt autem hic in fine de potentijs animæ tria notanda.

Primò, quod quamuis aliquod bonum opus pro anima patratum, quæ iudicatur eſſe in Purgatorio, ſed eſt in Paradiſo, non profit illi animæ in paradiſo collocatæ: opus illud quantum ad expiationem pœnarum, quas non habet, iuuat nihilominus animæ illi accidentali gaudio nimirum quatenus accidentaliter videt, hic in hoc ſæculo ab amicis pàtrari aliquod opus bonum ob ſui amorem. Sic è contra: ſi eſt in inferno collocata, accidentali pęna, & cruciatu compos redditur; vnde toties quoties anima damnata videt hic in hoc ſęculo, pro ſe aliquem pro ſe aliquod operari bonum opus, ne dum de illo bono minimè gaudet opere accidentaliter, vt anima beata, verum etiam maiorem pœnam, & cruciatum recipit, quoniam propter ſuam malitiam, & prauam vitam hic in hoc ſęculo ductam, cauſa eſt de illo bono non lucrari, maximè quando miſſa celebratur; vnde quantò plus bonum opus operatum ab amicis, vel Eccleſia eſt maius; & excellentius in gratia, & charitate patratum; tanto in ea pęna augetur maior, ac cruciatus. Similiter augetur pęna, & cruciatus cum peccant homines ſui ſequaces hic in hoc ſæculo propter malam vitam ſuam, ac legem datam ſuo malo exemplo fundati; vnde toties quoties homines in hoc ſæculo peccant propter ſuam malam, ac prauam vitam, ac legem datam, toties maiorem pœnam, ac cruciatum perſentit, & habet, ſicuti è contra Anima in Paradiſo, quando homines hic in hoc ſæculo propter ſuam bonam, & exemplarem vitam bona exercent opera maiorem, recipiunt gratiam, & gloriam, 44

maximè quando ex ipſa bona vita, & ipſis bonis exemplis, ac legibus datis multi Sancti efficiuntur, magnamquè vtilitatem populi ſentiunt, & habent.

45 Secundò, quod quando meritum, & pęna dicitur accidentalis, illud intelligitur meritum, & pęna quæ extra diuinam iuſtitiam venit, ideſt ex creaturis hic in hoc ſæculo, bonum, vel malum operantibus, quod certè poteſt eſſe nunc plus, nunc minus, ſicut plus, vel minus hic in hoc ſæculo homines operantur, ſed meritum, ac pęna, quæ à diuina præbetur iuſtitia ſemper eſt tanta, quoniam tanta eſt ſemper diuina Iuſtitia, & Charitas.

46 Tertiò, quod quando quis pro anima patris, vel matris ſuæ, aut alterius hominis, aliquod opus bonum facit, quam putat eſſe in purgatorio, at eſt in paradiſo, vel in inferno, diuina iuſtitia tunc alteri animæ, opus illud operatum bonum applicat, licet magis propinquæ ad ſe facientem, vel alteri in maiori gradu charitatis iunctæ, prout diuinæ ipſi iuſtitiæ placuerit, vel pro ipſo operante reſeruat, quando egit; quoniam illud, quod in diuina acceptatione eſt, nunquam tollitur, vel à merito deficit, & hic illam poſſumus applicare ſcripturam. Pſalm. 34. Et oratio mea in ſinu meo conuertetur.

De Dotibus Animæ rationalis. Cap. III.

1 QVid eſt dos, prout animabus ponitur rationalibus?
Reſpondeo ſecundum D. Thomam 4. ſent. diſt. 49. q. 4. art. 1. quod dos eſt perpetuum animæ, corporiſquè ornamentum vitæ ſufficiens, in æterna beatitudine iugiter perſeuerans.

2 Cur appellatur dos?

Reſpondeo ſecundum prædictum D. Thom. loco ſupracitato, quod ad ſimile temporalis dotis, propter quam ornatur ſponſa, ac prouidebitur viro, vnde ſufficienter ſponſam, liberoſquè nutrire poſſit; attamen inamiſſibiliter dos conſeruatur ſponſæ, vt ad eam matrimonio ſeparato, reuertatur; ſicquè etiam in ſpirituali matrimonio ipſe ornatus, qui ſponſæ ſpirituali tribuitur, nimirum Eccleſiæ per ſua membra. Porrò talis dos eſt ipſius ſponſi, quatenus ad eius gloriam, & honorem cedit; ſponſæ verò, quatenus tali ornatur dote.

A qui-

A quibus præbentur iſtæ dotes? 3

Reſpondeo per eundem D. Thomam, quod potius à patre ſponſæ, qui eſt tota Trinitas; quàm à patre ſponſi, nimirum Chriſti, qui eſt ſola patris perſona; nihilominus hæc collatio quāquam ab omnibus fiat perſonis, tamen ſingulis appropriari poteſt; propter aliquem modum; & quidem perſonæ patris, vt danti; in ipſo enim authoritas eſt, atquè etiam paternitas reſpectu creaturæ appropriatur, vt ſit idem pater ſponſi, ac ſponſæ; filio verò appropriatur in quantum propter ipſum, atquè per ipſum tales dantur animæ dotes; ſed Spiritui Sancto in quantum in ipſo, ac ſecundum ipſum donantur; Amor enim eſt omnis donationis ratio.

An tales dotes præbeantur in hac vita? 4

Reſpondeo, quod non; quia nec dotes ſponſæ aſſignari conſueuerunt, quando ſponſantur, ſed quando ſponſi ad domicilium ducitur, ipſumquè præſentialiter habet ſponſum; quandiu autem in hac vita ſumus ad Dominum peregrinamur, vt Apoſtolus ait 2. Cor. 5.

An dos ſit beatitudo? 5

Reſpondeo, quod non; ſed realiter differunt; beatitudo enim ipſa dicitur operatio perfecta, qua anima beata, Deo coniungitur: ſed dotes dicuntur habitus, aut diſpoſitiones, aut aliæ quæcunquè qualitates, quæ ad huiuſmodi perfectam ordinantur operationem.

An dotes ſint beatitudinis partes? 6

Reſpondeo, quod magis ad beatitudinem ordinantur, quàm in beatitudine ſint, vt partes eius.

Quot, & quæ ſint animæ dotes? 7

Reſpondeo tres, vt videre licet apud S. Doctorem 4. ſent. diſt. 49. art. 9. q. 1. Et ipſarum prima dos animæ, eſt clara viſio Dei, vnde anima in paradiſo Deum ſummum bonum clarè videt abſquè vllo velamine, in qua clara viſione tota ſua conſiſtit eſſentialis beatitudo. Secunda dos eſt comprehenſio, ſeù firma tentio, nimirum anima ipſa beata Deum ſummum, & infinitum bonum firmiter, & inamiſſibiliter tenebit, ita vt ipſum nuſquam perdere poſſit; vnde anima beata de cœlo in terram, vel ſubtus terram, vel in quamcunque mundi partem miſſa, ibi exiſtens, iugiter Deum ſummum, & infinitum bonum videt, ipſoquè pleniſſimè fruitur. Tertia dos, & vltima, perfecta eſt fruitio, ideſt quod anima beata perfecta illa

Digitized by Google

fruitur eſſentia diuina, ac ſatiabiliter ipſi adhærebit eſſentiæ diuinæ; Animæ enim beatitudo, Dei eſt cognitio intellectiua, intuitiua, perfecta, cum eiuſdem fruitione: ſummum producente gaudium, & delectationem, omniumquè amabilium, ac deſiderabilium ſatietatem ſummam, ac pleniſſimam expletionem cęterorum quæ concipi poſſunt, obiectorum creatorum, ipſi afferens animæ beatæ.

8 Quibus iſtæ dotes animæ correſpondent virtutibus?

Reſpondeo, tribus virtutibus correſpondere theologicis; videlicet viſio clara Dei, correſpondet fidei; compræhenſio, ſpei. Charitati verò, dilectio, vel fruitio perfecta Dei.

9 An ſimiliter corpori glorioſo aliquæ debeant dari dotes?

Reſpondeo, quod ſic; ſunt enim diſpoſitiones in anima beata, ad eius perfectam operationem, quibus Deo ſummo bono iungitur; dicuntur verò Animæ dotes diſpoſitiones, ſic; quatenus ipſæ in corpore ſunt glorioſo, quibus ipſum perficitur, quod eſt animę ſubiectum, ſicque glorioſi corporis appellantur dotes.

10 Quot, & quæ ſint corporis glorioſi corporis: dotes?

Reſpondeo, quatuor eſſe. Prima dos corporis eſt claritas: vnde corpus beati erit clarum in die iudicij, ſicut fuit Corpus Sanctiſſimum Chriſti in eius reſurrectione; Secunda, dos eſt impaſſibilitas, cui correſpondet immortalitas; vnde corpus beati non eſurit, nequè ſitiet amplius, nequè cadet ſuper illud vllus æſtus, quoniam priora tranſierunt: Tertia, dos eſt ſubtilitas, ideſt corpus beati impaſſibile, atquè immortale reſuſcitatum, penetrare poteſt quodcunquè obiectum voluerit licet denſiſſimum; ſicut Chriſtus reſuſcitatus clauſis ianuis ad ſuos intrauit diſcipulos: Quarta, & vltima dos eſt Agilitas, ideſt corpus beati poterit vbicunq; ſua voluerit eſſe animæ voluntas.

11 Quibus virtutibus iſtæ glorioſi corporis dotes correſpondent?

Reſpondeo, quatuor virtutibus cardinalibus, quarum munus eſt hominis operationes regulare, & benè regere in ſe; & ad proximum; nimirum claritas correſpondet Prudentiæ, quæ profectò eſt certa agibilium ratio ſicquè mentem claram facit; impaſſibilitas, fortitudini, prudentiæquè correſpondet, prout ipſum hominem facit, ne cadat in iræ paſſiones inordinatas; ſubtilitas, iuſtitiæ correſpondet, qua quis quaſi ſubtiliter examinat quid cuiquè ſit tribuendum; Agilitas, temperantiæ correſpondet, quæ quidem

promptum

Digitized by Google

promptum reddit ipſum hominem ad obediendum, & benefaciendum.

An duo corpora glorioſa, vel glorioſum vnum, & aliud non, 12
eſſe poſſint in eodem loco ſimul?

Reſpondeo ſecundum D. Thomam Addit. 44. q. 2. art. 2. quod ſic; ſed virtute diuina, nihilominus de facto nunquam erunt ſimul, in eis enim debitus ſeruatur ordo, qui diſtinctionem requirit. At ſi quis diceret.

An ſicut Deus non poteſt facere, quod vnum corpus ſit in duo- 13
bus locis eodem tempore, ita nec facere poteſt, quod duo corpora ſint ſimul, & ſemel in eodem loco?

Reſpondetur per ſupradictum D. Thomam, & Em. Card. Tur. Crem., quod hoc nullum eſt dubium, quin fieri poſſit diuina imperante voluntate; duo enim corpora prohibentur eſſe ſimul in eodem loco ex dimenſionibus, quia ſcilicet materia corporalis ſecundum dimenſiones diuiditur. Dimenſio autem, qui eſt omnium cauſa: poteſt conſeruare effectus ſinè cauſis proximis; vnde ſicut conſeruat in altaris Sacramento accidentia ſine ſubiecto, ita conſeruare poteſt diuiſionem materiæ, corporis, ac dimenſionum in ea abſquè diuerſitate ſitus. Poteſt igitur fieri, quod corpori remaneat eſſe dimenſionatum ab alio corpore, licet eius materia non ſit dimenſionata in ſitu ab alterius corporis materia; non valet ergo ſimilitudo allata de corpore, quod ſit in duobus locis; quia implicaret contradictionem, de ratione enim loci eſt, quod ſit locati terminus. Terminus autem eſt, extra quem nihil eſt rei.

Vnde nihil locati poteſt eſſe in loco exteriori; quod ſi ponatur eſſe in duobus locis, ſequitur, quod ſit extra ſuum locum, & hinc etiam ſequeretur, quod ſit locatum, & non locatum; hoc autem non contingit, ſi duo corpora in eodem loco ſint; vt dictum eſt, ac proindè non eſt ſimile.

An corpora glorioſa cœlum penetrare poſſint, abſq; ipſorum 14
diuiſione?

Reſpondeo ſecundum D. Thomam, quod ſic, non ex vi ſubtilitatis, ſed ex diuina virtute, quæ eis ad nutum in omnibus ſubueniet.

An corpora glorioſa aliquem ſuſtineant laborem in motu? 15

Reſpondeo per eundem Diuum Thom. vbi ſupra art. 3. quæſt. 1. quod non; propter eorum gloriæ redundantiam ab ani-

mabus

mabus! in corpora gloriosam transfusam.

16 An glorioſa corpora in inſtanti mouebuntur?

Reſpondeo per eumdem D. Thom. vbi ſupra q. 3. quod mouebuntur in tempore, ſed imperceptibili propter leuitatem ipſorum, nec voluntas vnquam in eis erit inordinata, vnde nunquam volent ſuum corpus alicubi eſſe per aliquod inſtans, in quo non poſſit eſſe ibi, & ſic quocumquè inſtans, voluntas determinabit, in illo corpus erit, in illo loco, quem voluntas determinat.

17 Quando erunt ſanctorum corpora glorioſa?

Reſpondeo, quod quamuis Chriſti Corpus Sanctiſſimum (ſecundum Fidem Catholicam) poſt ſuam mortem glorioſam victorioſus apparuerit, ac à mortuis tertia die Reſurrexerit triumphans, ſicut etiam illud Beatæ Mariæ Virginis poſt tertiam ſuæ felicis mortis diem glorioſum reſurgens: ad cœlorum euolauit perpetua regna; nihilominus cętera corpora, non niſi quando mortui vniuerſaliter reſurgent, in illo die finalis Iudicij hoc vltimum eſt de fide; primum etiam vt dictum eſt; ſecundum verò, quod ſcilicet Beata V. die tertia ſuum à mortuis reſurgens, aſſumpſerit corpus, eſt omnium fidelium vnanimis aſſnſus.

18 An corpora glorioſa erunt in Paradiſo æqualiter clara?

Reſpondeo, quod non. Ratio, quoniam melior anima, lucidius habet corpus; vnde licet corpus ſanctiſſimum Chriſti ſupra modum aliorum beatorum corporum claritatem excedat, tamen in comparatione ipſorum claritas eius, ſolis claritati aſſimilatur, iuxta illud. Timentibus nomen meum oritur ſol iuſtitiæ, ſcilicet Chriſtus. Claritas verò ſanctorum reſpectu Chriſti comparatur ſtellarum fulgori, ac claritati; vnde Apocalypſis habet. Stella à ſtella in claritate differt; nimirum quo plura merita habent SS. eo maiorem claritatem: quò vero minora minorem habent claritatem ipſi Sancti Dei; At puerorum claritas (poſt Baptiſmi ſuſceptionem morientium, antequam ad rationis vſum peruenerint) æqualis eſt; cum omnes ipſi pueri æquali eſſent gradu gloriæ, cum tantum ſolum Baptiſmum haberent, abſquè vllo opere bono ab ipſis operato, diuino mediante auxilio, ſicut ſancti cęteri poſt rationis vſum è vita hac mortali decedentes; quæ puerorum claritas lunæ poteſt comparari lumini; ſicut enim luna à ſe nihil luminis habet, ſed à ſole illud recipit, ita pueri ipſi gloriam habent non ex

meri-

Digitized by Google

merito proprio, ſed ex Chriſti merito infinito, Baptiſmum ſiquidem ex Chriſti paſſione habet effectum.

De Aureolis Animæ rationalis. Cap. IV.

QVid eſt Animæ rationalis aureola? 1

Reſpondeo eſſe quoddam accidentale præmium in anima exiſtens, ex quo ſpecialis decor reſultat in corpus, quod informat.

Propter quid ei talis gloria, ac decor præbetur? 2

Reſpondeo propter excellentem victoriam, quam hic in hoc ſæculo habuerunt contra Mundum, Dæmonem, & Carnem; vt omnes ſacri aiunt Theologi 4. ſent. diſt. 49.

Quibus beatorum generibus hæc præbetur Aureola? 3

Reſpondeo ſecundum D. Thomam, quod ſolum tribus generibus; puta Martyribus, Virginibus, ac Doctoribus; primò aſſignatur Martyribus, qui contra mundum præliando, triumphant. Secundò, Virginibus, qui contra Carnem pugnando, triumphant. Tertiò, Doctoribus, qui contra Diabolum ſtantes in pugna triumphant.

Qualis ipſarum Aureolarum eſt maior? 4

Reſpondeo, Aureola Martyrum potior eſt aureola Doctorum, ac Virginum; in martyrio enim pugna difficilior eſt, & victoriæ maior eſſe debet, ac excellentior aureola, quæ martyribus donatur: vnde Gl. ſuper illud Matt. 5. Beati, qui perſecutionem, &c. inquit, quod omnes beatitudines aliæ, in ipſa beatitudine perſecutionis, perficiuntur.

Quando talis præbetur Aureola? 5

Reſpondeo, quód aureola virginitatis non præbetur his, niſi in virginitate ad finem vſquè vitæ perſeuerauerint; aureola doctrinæ, non præbetur his, niſi qui actu docuerint: Aureola verò martyrij, non præbetur his, niſi qui propter Chriſtum, fidemquè catholicam fuerint occiſi, aut ſaltem compaſſiones, deſideria, ac affectiones martyrij in ipſis vſq; ad mortem perſeuerauerint.

Quæ differentia eſt ab Aurea, & Aureola, ac fructu? 6

Reſpondeo, quod Aurea eſt de Deo gaudium; Aureola eſt gaudium de triumpho; fructus verò eſt gaudium, ac delectatio de ſpirituali exercitio, quia illi debetur ſpiritualis delectatio ſpiritualiter,

ter, qui à ſe omnes carnis affectus eiecit, quod certè ſoli continentiæ virtuti debetur, fructus enim ipſius nobiliſſimæ ſunt virtutis, quæ hominem à carnalium voluptatum liberat ſubiectione.

Da Cuſtodia Animæ rationalis. Cap. V.

1 AN Anima hic in hoc ſeculo aliquem habeat ad regendum ipſam in bonis operibus, virtutibuſquè diuinis?

Reſpondeo, quod ſic. Primò diuinam habet prouidentiam; prouidentia enim diuina omnia regit, & gubernat in finem, maximè rationalem animam, quam exceſſiuo amat amore. Secundò, vnum habet Angelum, & hunc, non poſt baptiſmum, vt quidam volunt, ſed ſtatim, ac eſt in lucem producta, nimirum ſubito de vtero egrediens materno, hinc ſcilicet aiebat Hieronymus lib. 3. O magna animarum dignitas, vt vnaquæquè habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodia ſui Angelum delegatum. Dicitur ab ortu natiuitatis, dum enim filius eſt in vtero matris, ab Angelo gubernatur matris, ſicut palmes gubernatur à vite.

2 Vndè etiam Chriſtus Angelum habuit cuſtodem in ſui ortu, ſicuti nos; quamuis enim ipſe Chriſtus quòad animam Angelum non habuerit cuſtodem; ipſe enim quòad animam à diuina gubernabatur gratia, cùm quia iuncta perfectiſſimè erat, vt alibi diximus; nihilominus Angelum habuit cuſtodem quòad corpus, vt perfectus homo; imò à multis gubernabatur Angelis, vt Pſalm. 90. habetur. Angelis ſuis Deus mandauit de tè, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis; imò in manibus portabunt te: nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

3 Quare Deus Animæ rationali cuſtodem præbet Angelum, ſi liberum arbitrium, virtutiſq; habitum ad benè operandum habet à ſuæ creationis principio?

Reſpondeo ſecundum D. Thom. p. p. q. 11. art. 1. quia anima noſtra, ob tantas affectiones, quas habet, in res terrenas, propter corpus ſuum terreſtre: eſt in bono variabilis, ac proinde æqualiter malum vitare poteſt, non tamen effectiuè, ac efficaciter, propterea Deus, qui ſummam habet de rationali creatura prouidentiam, ac ſpecialem curam, ipſi Angelum præbet cuſtodem, qui inuariabilis, ac inuertibilis eſt; ſi enim Deus ipſe, qui ſummum eſt, ac incommutabile bonum, cum libero arbitrio, virtutiſq; habitu animam

mam gubernat rationalem, illamquè immediatè cuſtodit, iuxta illud Pſalm. 130. Non ſumet, qui cuſtodit Iſrael; per Angelum verò ſuũ regit, & dirigit ipſam, vt vias inueniat congruas: ad perficiendum virtutis habitum, ad quem fuit ab eo creata, at ſi anima ipſa rationalis pereat, & infernalibus pro culpa erit addicta tortoribus, ac cruciatibus æternis, hoc euenit ipſi, non ex Dei, vel Angeli cuſtodis defectu, ſed ex ſua propria malitia, & defectu, vt Oſeæ cap. 3. habetur. Perditio tua ex te Iſrael: ſalus autem tua ex me.

Verum eſt, quod quamuis Angelus cuſtos, ante rationis, ac diſcurſus vſum non proſit homini, quò ad animam cum tali tempore peccator incapax exiſtat, tamen prodeſt, quo ad corpus, vt ſcilicet nè puer ipſe infirmetur, vel nè infirmitatibus ſubiaceat, alijſuè infortunijs; Deus namque, eiuſquè animæ cuſtos Angelus nedum de animæ ſalute curam habet, verum etiam de corpore, quod quidem ipſius animæ ſedes, ac proportionatum eſt domicilium. 4

An Angeli animas cuſtodientes ſint omnes de vno Angelorum ordine? 5

Reſpondeo, quod non; ſicuti enim diuerſis ſpeciebus rerum: diuerſi Angeli eiuſdem ordinis perficiuntur; ſi quidem, & ſi homines æquales ſecũdum gradus eſſentiales humanæ Naturæ comperiantur: minimè verò æquales inueniuntur ſecundum prouidentiam diuinam; diuina enim prouidentia quibuſdam ipſorum magis, quibuſdam verò minus prouidet; hinc eſt nobis dicendum, quod digniores Ordines Angelorum, digniores, ſanctioreſquè homines cuſtodiant, & regant.

An ſufficiat vnus Angelus ad cuſtodiam plurimorum hominum? 6

Reſpondeo, quod videtur ſufficere: huius ratio eſſe poteſt. Si enim vnus homo ad plurimorum cuſtodiam ſufficit hominum, quantò magis Angelus, qui longè homine excellentior, & perfectior eſt? Nihilominus dicendum eſt cum D. Gregorio, quod non ſufficit vnus Angelus, ſed diuerſi ordines, diuerſis deputantur rebus; rerum generationibus, poteſtates, ad dæmones arcendos; virtutes incorporeis rebus, ad mirabilia patranda; Atquè probabile eſt, quod rerum ſpeciebus diuerſis: diuerſi eiuſdem ordinis perficiantur Angeli; vnde etiam rationabile eſt, vt diuerſis hominibus, diuerſi ad cuſtodiam aſſignentur Angeli;

Digitized by Google

vnus itaque homo interdum ad multorum hominum cuſtodiam ſufficit, ſicuti vni Conuentui, vni Collegio; perficitur vnuſquiſq; vnius cuſtodis cura, & directione: ſaltem ſecundum ea quæ exterius ab inferioribus cuſtoditis, & gubernatis aguntur; ſed Angelorum cura, & cuſtodia deputatur hominibus nedum circa ea, quæ exterius viſibiliter fiunt, verum etiam quo ad interiora animæ rationalis opera inuiſibilia, & occulta, quæ quidem ad Angelorum pertinent cuſtodiam; vnde ſingulis hominibus; ſinguli An-
7 geli à diuina Prouidentia ad cuſtodiam deputantur; Poteſt autem vnus Angelus, plures cuſtodire homines per Angelos ipſos, qui in ipſorum hominum curam ſunt deputati; nimirum prouidentia diuina, vnum deputat Angelum ad vnius Ciuitatis cuſtodiam, eumquè ſuperiorem facit ſuper omnes Angelos in ipſorum hominum ciuitatis curam ſe gerentes, in quo tempore, poteſt Angelus ipſe ſuperior ad ſe Angelos vocare inferiores, eoſquè interrogare de hominum ſalute, quos in curam habent, ac ſi aliquid à Mundo, Carne, vel Diabolo contra ipſos acciderit, poteſt ordinare, & iubere eos Angelos inferiores, vt faciant, & obſeruent hoc, vel illud ad ipſorum hominum ſalutem, & tutelam protendens; Et in hoc mundo, vt liquet è ſupradictis, poteſt vnus Angelus plures cuſtodire homines, minimè autem, hac ſecluſa authoritate, &c, vt ratio ſupra allata probat, ac etiam apud Diuum Thomam. 3. p. quæſt. 11. art. 2.

8 An Deus ſolum prædeſtinatis Angelum præbeat cuſtodem?

Reſpondeo, quod Deus, hominibus omnibus, Angelum præbet cuſtodem, nimirum tàm prædeſtinatis, quàm præſcitis, etiam Antichriſto, nam ſecundum D. Thomam loco cit. art. 4. præſciti, & Antichriſtus, non priuantur interiori auxilio toti naturæ humanæ diuinitus dato, iuuantur tamen quantum ad hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur, quæ ipſis, & alijs nocère minimè poſſunt; ipſi enim dæmones per bonos pellentur Angelos, nè quantum volunt, noceant. Similiter Antichriſtus, non tamen, quantum volet: nocebit, & cum ſit homo, & in vitæ iſtius ſtatu conſtitutus exiſtat, quaſi in via, multa hominibus pericula imminebit; nimirum tàm interius, quàm exterius, vt Pſalm. 141. dicitur. In via hac, qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi, & ſic hominibus per iter non tutum incedentibus cuſtodes aſſignantur Angeli; quando autem ad itineris terminum peruenerint, iàm

non

Digitized by Google

non Angelum ad cuſtodiam, ſed Angelum ſecum corregnantem, vel dęmonem ipſum æternaliter punientem habebit.

An Angelus animam cuſtodiens, ipſam ſolam aliquando relinquat, vt bonis exerceatur operibus? 9

Reſpondeo per D. Thomam p. p. q. 11. art. 2. quod nunquam Angelus cuſtos totaliter animam derelinquit, ſed interdum eam dimittit, prout ſcilicet non impedit quin ſubdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum ſecundum ordinem diuinorum iudiciorum, ac ſi interdum derelinquat huiuſmodi animam loco, non tamen deſtituit ipſam quo ad effectum cuſtodiæ, quia etiam & ſi eſſet in cœlo cognoſcit, quid contra animam ipſam à Dæmonio, Carne, vel Mundo agatur, nec móra temporis eget ad lócalem motum obeundum; ſed exemplò adeſſe poteſt, ac hic aſſerere poſſumus, quod etiam Angelus, aliuſuè ſpiritus poteſt de cœlo in terra eſſe, abſquè per medium tranſitu, hoc autem non per propriam, ac naturalem ipſorum virtutem in ipſorum creatione acceptam; ſed diuina iubente voluntate, quæ ad omne poſſibile poteſt ſe extendere, vt de Chriſto Sanctiſſimo patet, qui ad Patris dexteram ſedens; Sacerdote conſecrante, in altaris Sacramento adeſt, minime per medium tranſiens, vt omnes communiter aſſerunt doctóres.

An Angeli animas cuſtodientes, doleant, ſi animæ ipſæ non ſaluantur? 10

Reſpondeo ſecundum D. Thomam 3. p. q. 41. art. 7. quod metaphoricè dicuntur Angeli dolere, ideſt quatenus vellent ipſarum bonum, ac ſi contrarium videant, metaphoricè dolere dicuntur, cum hoc ſit contra Angelorum voluntatem abſolutam, cum tamen velint, quod circa hoc, ordo diuinæ iuſtitiæ ſeruetur, ſecundum quem quidam pœnis ſubduntur æternis, cum ipſos peccare, fuerit à Deo ritè permiſſum.

Si Angeli non triſtantur de animis damnatis, quas habent in cuſtodiam, videtur, quod etiam non gaudeant de ſuo ſalutari. 11

Reſpondeo, ſecundum Em. Card. de Turre Crem. quod ratio illa non valet, non enim ſimile eſt de gaudio, & triſtitia; quia beatitudo admittit gaudium, ſed dolor non eſt perfecta beatitudo.

An Angeli lætentur de Pœnitentibus? 12

Reſpondeo ſecundum Diuum Ambroſium, quod Angeli,

Digitized by Google

cum ſint rationales, non immeritò hominum redemptione lætantur.

13 Cur Angeli gaudeant de peccatore conuerſo magis, quàm de iuſtis, vt patet Lucæ cap. 15. Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, dicentis; quam ſupra nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia?

Reſpondeo ſecundum D. Gregorium in homil. quod iuſti, quia ſecuri ſibi ſunt, quod nulla commiſerunt mala grauiora, plerumquè pigri remanent ad exercenda bona præcipua, peccatores autem quia ſe erraſſe à Deo contemplantur, damna præcedentia lucris ſequentibus compenſant; maius igitur gaudium fit in cęlo, quia & Dux in bello arduo plus eum militem amore proſequitur, qui contra hoſtes intrepidus ſiſtens, licet ſanguinem è ſuo corpore fundat, vltimò victorioſus inde exiliens ad Ducem ſe confert trophæis, & coronis maximè dignus, quam illum, qui ſegnitie captus, ac coram inimico, tremore perpeſſus; terga viliſſimè vertit, & ſuæ viliſſimæ conditionis ſigna monſtrauit.

14 Quæ eſt cauſa tanti gaudij Angelorum?

Reſpondeo ſecundum D. Bonau. ſuper diuum Lucam, quod ſeptem gaudent capitibus, ideſt quia dextruitur culpa. Secundò, quia recuperatur iuſtitia. Tertiò, quia confutatur Dæmonum ſuperbia. Quartò, quia efficax Angelorum efficitur cuſtodia. Quinto, quia reparatur Eccleſia; Sextò, quia placatur ira diuina. Septimò, & vltimò, quia reſtauratur ſuperna Hieruſalem.

15 An Animæ indigeant portari ab Angelis?

Reſpondeo ſecundum D. Thom. 4. ſent. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 1. quod ſic; ſed non propter indigentiam, ſed propter reuerentiam.

16 Cur Animæ deferantur ab Angelis?

Reſpondeo ſecundum Iacobum de Vorag. in ſerm. quod animæ atque etiam corpora glorioſa, poſt reſurrectionem, ab Angelis deferuntur, quantum ad reuerentiam, ſicut portantur Epiſcopi, quando inthronizantur propter cuſtodiam; Angelis enim ſuis Deus mandauit, ac propter lætitiam.

17 Cur plures Angeli animam deferant?

Reſpondeo ſecundum D. Chriſoſtomum ſuper D. Lucam, vt Chorum facerent lætum cantantem dicentem. Veni ſponſa Chriſti, &c.

Quid

Digitized by Google

Quid ſit Angelus? 18

Reſpondeo ſecundum D. Thomam p. p. q. 80. Quod eſt ſubſtantia incorporea, ac forma ſubſiſtens, & nomen eius, vt Diuus inquit, Gregorius, potius eſt officij, quàm naturæ; nam hi ſancti ſpiritus patriæ cœleſtis licet ſemper ſint ſpiritus, ſemper Angeli minimè poſſunt appellari, tunc enim ſolummodo ſunt Angeli cum per ipſos aliqua nunciantur; vt Pſalm. 105. habetur. Qui facis Angelos tuos ſpiritus; ac ſi apertè dicat; quia eos, qui ſunt ſpiritus, cum voluerit, etiam Angelos facit; poſſumus hic de Angelis per multa breuiter notare, &.

Primò, quia Angeli ſunt indiuiſibiles, poſſunt multi in eodem loco ſtare, vt Lucæ cap. 5. exemplum habemus: cum enim Ieſu interrogaret ſpiritum, hominem illum obſidentem, quale ſibi nomen eſſet? reſpondit ei. Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus; legio autem vt D. ait, Hieronymus, continet ſex millia ſex centum ſexaginta ſex dœmones, at non eſt poſſibile tot millia in vno hominis corpuſculo capi, niſi eſſent omninò indiuiſibiles, materia, ac corporeitate carentes. 19

Secundò, quod poſſet vnus Angelus, ſecundum ſuam ſubſtantiam, per naturalem virtutem in pluribus eſſe locis diſtinctis, dummodò ipſius adæquatam virtutem non excedant; ſi verò loci ſint tantò diſtantes, quod naturalem ſuam excedant virtutem etiam tunc eſſe poteſt in locis ipſis, ſed per ſolam Dei potentiam abſolutam, non verò per ſe, & naturaliter. Vndè ſciendum eſt, quod ſecundum potentiam Dei abſolutam poteſt vna anima, vel vnus Angelus eodem tempore, eſſe in cœlo, hic, in Hyſpania alijſquè in locis; imò multi Authores, præcipuè Alenſis 4. p. q. 11. art. 1. §. vltimo, alia quæſt. 44. membro 7. Scot. 4. diſt. 10. quæſt. maximè probant, quod per Dei potentiam abſolutam, poteſt vnum corpus quantitatiuum eſſe in pluribus locis diſtantiſſimis cum naturali, atque quantitatiuo modo, & ſic Paulus, Andreas, &c. ob diuinam virtutem replicari poſſent in Hiſpania, Venetijs, alijſquè locis eſſe; at ſi apud aliquos oppoſitum videatur vltra authoritatem ſuperius datam, probatur hac ratione. Si verbum ſupernum naturam aſſumpſit humanam, certum eſt, atquè Thomiſtæ omnes probant, quod etiam omnes tres diuinæ Perſonæ, naturam humanam aſſumere poterant, atquè incarnari; ergo ſi vna numero natura humana in pluribus eſſe poteſt perſonis, quod quidem 20

difficilius eſt, quam &c. Cur vnum corpus quantitatiuum, non poterit eſſe in pluribus locis etiam diſtantiſſimis per diuinam potentiam? Ex hac Doctrina alia multa in hoc opere contenta, confirmantur, illud verò præcipuè, quod tractatu de Animæ potentijs num. 15. dictum eſt, nimirum. An vna Anima in pluribus Locis eſſe poſſit eodem tempore?

21 Tertiò, quod quamuis apud D. Thomam videatur, quod Angeli de natura ſua ſint ſpecie diſtincti, ac vnuſquiſq; ob ſuam perfectionem, faciat vnam ſpeciem diuerſam; nihilominus per multos Doctores, tàm antiquos, quàm recentiores videtur, quod omnes Angeli de vna ſint Eſſentia, atquè natura. Vnde D. Baſilius lib. 3. contra Eunomium, inquit, quod ſicut omnes Angeli in nouem Choris continentur, vnum nomen habent: ſic inter illos; vnius naturæ. Sic etiam affirmat Anſelmus lib. 2. Cur Deus homo cap. 24. Non quia vnus ſit alteri ſuperior, aut dignitatis, aut ſcientiæ, aut authoritatis, propter hoc naturæ eſt ab illo diuerſæ, tanquàm hominibus, non quia vnus alteri excedit in dignitate; quia eſt Epiſcopus, Rex, Summus Pontifex; aut in ſcientia, iudicio, atquè ingenio, quia eſt magis expertus, magis ſapiens; ac propter hoc diuerſa ab alijs natura. Vndè verificatur illa in gymnaſijs propoſitio affirmans, quod magis, & minus, ſpeciem non variant. Idem affirmat Baſilius loco ſupracitato, ſicut inter Angelos aliqui alijs excedunt in officio, in virtute, ac dignitate, cum hi omnes; eadem ſint natura. Verum eſt, quod liceat Angelis ipſis per dignitatem, vnam diſcernere diuerſitatem, ſed in natura, vna communitas.

22 Quartò, quod Angeli non ſint infiniti, atquè immenſurabiles, quod quamuis apud aliquos Angeli eſſent menſurabiles, non ſimpliciter intelligendum, ſed reſpectu hominis; quoniam Deo finiti ſunt, atquè menſurabiles, ſeù numerabiles, & quando D. Thomas p. p. q. 50. art. 3. inquit, quod immateriales ſubſtantiæ, atquè ſpirituales, vt ſunt Angeli, materialibus in multitudine excedunt, non eſt intelligendum de indiuiduis, ac ſingularibus, quaſi excedunt arenæ granellis, omnibuſquè indiuiduis alijs materialibus, quæ nunc ſunt, fuerunt, & erunt, incredibile eſt enim. Sed intelligendum eſt, quo ad naturas ſpecificas, vt clarè D. Thomas 2. con. Gent. cap. 92. art. 4. De potentia Dei q. 6. art. 6. probat, & etiam deducitur à D. Dionyſio de cœleſti hierarchia cap. 14. Et ratio, quæ

Digitized by Google

quæ fertur, eſt hæc. Vt cœleſtia corpora, iſta ſuperant ſublunaria corpora in magnitudine, ita Naturæ illæ incorporeæ proportionaliter, ſcilicet Angeli excedunt omnibus corporeis rebus in multitudine eorum circa numerum. Philoſophus 12. Met. tex.48. affirmat, quod intelligentiæ, atquè ſubſtantiæ ſeparatæ, (ſic enim Angelos vocat) non ſunt plus, ac minus, qui ſunt cœlorum motrices, qui per eumdem ſunt 47. alij dicunt 55. alij, minus; ſed ſecundum Fidem noſtram Catholicam certum eſt, quod in maiori ſint numero, vt clarè patet per illum Sacræ Scripturæ teſtimoniũ. Quod nimirum. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant.

Quintò, grauis eſt quæſtio. An Angeli ſint hominum in numero maiori, aut minori? Hic dicendum eſt, quod tres ſunt Sacrorum Doctorum principales ſententiæ. 23

Prima enim affirmat, & vnus eſt D. Auguſtinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 1. quod Angelorum ruina reſtaurare habetur in patria cœleſti cum nnmero de hominibus electis. Aliqui volunt, vt D. refert Athanaſius ad 99. Athan. ad 6. Quod numerus Angelorum eſt ſecundum numerum, ac multitudinem hominum; ſic ſecundum ipſos tot ſunt Angeli, quot ſunt homines, & hoc ex illo probant Sacræ Scripturæ teſtimonio Deuter.cap. 32. Conſtituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Iſdrael, atquè alibi conſtituit numerum populatum ſecundum numerum Angelorum. 24

Secunda ſententia eſt, vt principaliter patet apud D. Gregorium hom. 34. in Euang. Quod plus ſunt homines, quàm Angeli dicens, quod de hominibus tot ſalui fient: quot ſunt angeli beati; ſicquè certum eſt, quod de hominibus, plus ſunt in damnatione, quam in ſalute, dum dicitur apud D. Matt. cap. 20. Multi ſunt vocati: pauci verò electi; de angelis verò oppoſitum eſt: vnde plus ſunt electi, quàm damnati in Sacra Scriptura figuram habemus; puta de illa tertia ſtellarum parte, quàm draco traxit è cœlo cum ſua cauda, vt Ioannes habet Apocalyp. cap. 1. de qua ratione aliqui Sacri Doctores argumentantur, quod omnes homines tàm boni, quàm mali, ſunt maioris numeri, quàm Angelorum tàm boni, quàm mali. 25

Tertia opinio eſt, quod Angeli non ſolum ſunt abſquè numero reſpectu hominis, qui ſunt, fuerunt, ac erunt verum etiam quali- 26

cum-

Digitized by Google

DVm vnicuiquè animæ rationali hic in hoc ſæculo, vnus præbetur Angelus ad cuſtodiendam ipſam in bonis operibus, vt dictum eſt alibi, præbetur nè ei alius ad id contrafaciendum? 1

Reſpondeo meo iudicio, vnum alium habere aduerſarium animam Angelum, & hunc minimè à Deo ipſi animæ applicatum, ſicuti bonus Angelus cuſtos eius, ſed à Lucifero Dæmoniorum principe, qui ob tantam ſuperbiam, & inuidiam, quam in ſe habet: ſemper Deo omnipotenti ſe aſſimilare inquirit; ſicut enim Deus animæ rationali lucis Angelum aſſignat, ad ipſam regendam, & cuſtodiendam in bonis inſudantem operibus, ac de ſuo egredientem corpore ad Paradiſum ferendam, vt æternaliter ipſa diuina fruatur Eſſentia; à contrario Lucifer ipſe, diabolum mittere ad animam conatur, vt ipſam, tentando, ad malum inducat, ac è corpore Dei inimicam egreſſam ad inferorum ferat regiones, vt ibi ſinè fine inexplicabilia ſuſtineat tormenta; & Deus, qui eſt ſupremus, & rectiſſimus iudex ad hoc conſentit, ſeu, vt melius loquar, permittit, ad maiorem animæ gloriam, ipſiuſq; Luciferi, ac diaboli inſtigantis confuſionem.

An Dæmones, & Angeli boni, poſſint hominum cogitationes cognoſcere? 2

Reſpondeo ſecundum D. Thomam p. p. quæſt. 57. art. 4. quod cordis cogitatio dupliciter cognoſci poteſt; vno modo ex ſuo effectu, & ſic ne dum à Dæmone, & Angelo, verum etiam ab homine cognoſci poteſt, & interdum cognoſcuntur non ſolum per actum exteriorem, verum etiam per immutationem vultus, & Medici etiam aliquas animi affectiones per pulſum agnoſcere poſſunt, & multò magis Angeli tàm boni, quàm mali. Vnde Aurelius Sanctus Auguſtinus: in diuinatione dæmoniorum, inquit; quod aliquando hominum diſpoſitiones, nè dum voce prolatas, verum etiam cogitationes conceptas, cum ſigna quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiſcunt; Alio modo cognoſci poſſunt cogitationes, prout ſunt in voluntate, & ſic ſolus Deus cordium cogitationes, atquè affectiones voluntatum cognoſcere poteſt; cuius ratio eſt, quia voluntas rationalis creaturæ ſoli Deo ſubiacet, atquè ipſe in ea ſolus operari poteſt, qui

Digitized by Google

principale eius obiectum, & vltimus finis eſt.

3 Verum eſt, quod ſecundum D. Thom. 3. p. q. 10. art. 2. anima Chriſti ſanctiſſima cognoſcere poteſt noſtras cogitationes. Ratio eius eſt; quia anima Chriſti Sanctiſſima in Verbo cognoſcit omnia exiſtentia ſecundum quodcunquè tempus, atquè etiam hominum cogitatus quorum profectò Iudex ſubtiliſſimus, ac iuſtiſſimus eſt, ita quod de eo habetur Ioannis cap. 3. ipſe ſciebat, quid eſſet in homine, quod quidem intelligi poteſt non ſolum quantum ad conſcientiam diuinam, ſed etiam quantum ad conſcientiam eius animæ, quam habet in Verbo.

4 An Demones malas immittant cogitationes in corda?

Reſpondeo per eumdem D. Thom. p. p. q. 11. art. 2. quod dæmones non poſſunt malas immittere cogitationes, interius eas cauſando, cum vſus cogitationum virtuti ſubiaceat voluntatis; Dicitur diabolus incenſor cogitationum, in quantum incitat, ſuadet, ac ſuggerit ad cogitandum, vel etiam appetendum cogitata per modum perſuadentis, vel paſſionem cogitantis, atquè hoc ipſum Demoniorum incitare Damaſcenus immittere appellat, interius enim fit talis paſſio.

5 An Diabolus poſſit hominis voluntatem, ac rationem mutare?

Reſpondeo, ſi loquamur ſuadenter, ideſt in quantum diabolus ipſe poteſt paſſiones concitare, vt ipſius hominis voluntatem moueant, quod ſic; ſi verò loquamur ſufficienter, reſpondeo, quod non; hoc enim diabolus ne dum ipſe, verum etiam qualiſcumque ſpiritus cęleſtis facere minimè poteſt, præterquàm Deus; ipſe enim ſolus internam voluntatem immutare poteſt dando ei virtutem talis inclinationis, inclinatio namquè voluntatis in rem volitam, eſt mutatio.

6 An Diabolus tentet hominem ſemper eodem modo?

Reſpondeo: ſi loquamur quantum ad vires naturales, ideſt intellectum, ac voluntatem, non poteſt diabolus hominem vexare magis, minuſuè, vel ſaltem aliquo tempore, niſi exterius proponendo, quia in has vires imprimere cum non poſſit formam, (vt ait Roſaceus Dominica 2. in Quadrageſima quæſtione 25. folio 305.) niſi per corpus naturale, quod in ſpiritum agere non poteſt. Poſſit tamen abſolutè augere impreſſas, ideſt lumen naturale intellectus, quod poſſet ſuo lumine confortare, ſed hoc non poteſt ſinè

Digitized by Google

ſinè ſuppoſito à ſe intento,quod eſt hominis deceptio, quia nullus poteſt operari ſcienter, quod ſuæ intentioni repugnat.

Reſpondeo ſecundò, quod diabolus poteſt hominem, quò ad 7
corpus, & vires naturales, ac ſenſitiuas animæ affligere magis vno tempore, quàm alio. Nàm quicunquè agit per corpus naturale, tanquàm per inſtrumentum, poteſt aliquando magis, aliquando minus efficaciter operari; ſecundum quod paſſum magis, minuſuè diſponitur, quia omne tale corpus, præſupponit diſpoſitionem in paſſuro. Sed diabolus eſt huiuſmodi, quia non poteſt aliquam formam imprimere, niſi per motum localem, vt ait S. Thom. 1.p. q. 91. art.2. quæſtiuncula 114. ad 2. qui motus non eſt, niſi corporis naturalis.

An in peccatore peccata ſemper ex diabolica excitatione, ac 8
perſuaſione procedant?

Reſpondeo, quod non ſemper noſtræ malæ operationes ex diabolica excitatione, ac perſuaſione dependent, atquè vim habent, ſed multoties ex ſolo noſtro libero arbitrio, naturaliquè mala inclinatione maximè in rebus carnalibus è luxuriæ vitio procedentibus, vt de ſimilibus dixit Iacobus in ſua Epiſt. cap. 1. Vnuſquiſquè verò tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus; Sunt igitur ſemper noſtræ malæ operationes ex diabolica excitatione, & perſuaſione indirectè, ideſt in quantum diabolus ipſe cauſa fuit, ac omnis noſtræ ruinæ principium; puta. Statim, ac noſter primus parens Adam à diuina maieſtate in campo Damaſceno, ex luto rubro fuit perfectus conditus homo, iuſtitiam habuit originalem, quæ quidem omnes in ſe habitus continebat, per quos ipſe homo per ſuas vires, animæquè potentias naturaliter ad omnia operandum perfectus, ac beatus erat: vndè in eius intellectu ſpeculatiuo omnes ſpeculatiuæ continebantur ſcientiæ, quæ ab eo, ſecundum ſuam naturam, ſciri poterant; in intellectu verò 9
practico habebat omnes practicos habitus, quibus exterius, ac practicè exquiſitiſſimos poterat faciliter producere effectus externos, qui quidem communiter artefacta ſolent appellari. In voluntate autem duos Religionis continebat habitus, vnum ſcilicet in Deum infinitum bonum tendẽs, vt ipſum amandum, & colendum, vt potè etiam excellentiſſimum omnium rerum Dominum ſupremum; alterum verò habebat habitum Religionis, qui quidem iuſtitia dicitur, ipſum dirigens hominem ad proximum dili-

Digitized by Google

gendum propter Deum, in appetitu ſenſitiuo iraſcibili, & concupiſcibili, duæ erant naturales virtutes; Temperantia nimirum, & Fortitudo, quæ certè ipſum affrenatum tenebant veluti canis fortiter exiſtens vinctus catenis; nimirum partes ſuperiores taliter partes ordinabant inferiores ſenſitiuas, vt ipſas Deo, ac rationi obedientes, ac non repugnantes redderent ſtatim; vt almus dixit conditor Adæ in ſuæ creationis exordio. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius; At commiſſo (ò miſera mortalium conditio! ò infortunium inauditum crudele!) inobedientiæ crimine diabolo inſtigante, ac perſuadente illis verbis Geneſ. c.3. Cur præcepit vobis Deus, &c.? Statim ipſe primus conditus homo, omneſquè eius poſteri, diuerſa, & innumera contraxerunt mala; puta ignorantiam in mentem; carnis concupiſcentiam in ſpiritum; laborem, ac dolorem in corpus; neceſſitatem moriendi; iuxta illud Apoſtoli. Statutum eſt hominibus ſemel mori; Iram, crudelitatem contra proximum, diabolicam ſeruitutem, animalium rebellionem, omneſquè breuiter alias imperfectiones, quæ hodie in noſtra anima, ac corpore eſſe videntur, ad finem vſquè Mundi perdurantes; hæ ſiquidem imperfectiones, contractæ per Adæ peccatum, tantò peiores fiunt: quantò humana vetuſtior redditur natura, quæ imperfectiones, & mala, haud fuiſſent, ſi diabolus, noſtrum primum parentem Adam, ad inobediendum Dei præcepto non fraudolenter excitaſſet, ſuadendo.

11 An dęmones de animarum perditione gaudeant?

Reſpondeo, quod non, nequè damnati; omne ſiquidem gaudium dolorem diminuit, ſed dolor ipſe dæmoniorum, cœterorumq; damnatorum inflictus, diminui minimè poteſt, immò magis augetur, & tantò plus, quantò dæmones ipſi, cęteriquè damnati alterius damnationis cauſa fuerunt, & quando legitur. Solatium eſt miſeris ſocios ſuos habere pœnatos; metaphoricè gaudentes intelligi debet illud; ſicuti è contrario Angeli boni ſpiritus fęliciſſimi, de ipſorum damnatione dolentes, vt num 7. de cuſtodia Animæ rationalis dictum eſt.

12 An dæmones homines actualiter tentantes ab igne Inferni puniantur?

Reſpondeo ſecundum D. Thom. 4. ſent. diſt. 44. quæſt. 3. art. 3. in fine, quod Gl. inquit: ſuper Iſaac cap. 3. inflammat rotam natiuitatis, &c. diabolus vbicunquè ſit, ſiuè ſub terra, ſiuè in aere, ſemi-

Digitized by Google

ſemper ſecum flammarum tormenta defert, nam ſicut Angeli boni, cœteriquè beati, ſiuè ſint in terra, ſiuè ſubtus terram, ac vbicunquè fuerint, ſemper diuinum illud (humana eloquentia, ac etiam angelica inexplicabile) ſummum gaudium habent; ſic dæmones, cęteriquè damnati iugiter pœnam, cruciatumquè perſentiunt infernalem.

An dæmonum pęna minuatur: damnatos torquendo? 12

Reſpondeo cum D. Thoma vbi ſupra diſt. 47. q. art. 29. quæſtiuncula 4. quod ſicut hominibus, per bonos Angelos diuinæ deferuntur illuminationes, ipſorum gloria non minuitur, licet ſint miniſtratorij ſpiritus miſſi propter eos, qui viam capiunt ſalutis; ſic à contrario dæmones diuinæ iuſtitiæ exequutores, miſerabiles, ac infeliciſſimos torquendo æternaliter ſine fine dānatos, nullum certè ſuarum indicibilium pœnarum decrementum acquirunt: nō enim ex hoc, quod alios torqueant aliquod poteſt ipſis aſſignari refrigerium. Miſerorum namquè ſocietas, miſeriam non minuet, ſed potius augebit, vt ſępè in opere dictum à nobis eſt.

An dęmones omnes, ſint pęnalibus addicti tormentis Inferorum. 13

Reſpondeo cum D. Thoma, vbi ſupra diſt. 64. quod duplex eſt locus pęnalis dæmonibus deputatus à diuina iuſtitia; alter ratione ſuæ culpæ, & hic eſt infernus; alter verò ratione humanæ exercitationis, & ratione iſtius, ipſis aſſignatur hic aer caliginoſus; procuratio itaquè humanæ ſalutis ad diem vſquè iudicij protenditur; vndè vſquè tunc Angelorum perdurabit miniſterium, ac dæmonum erga nos exercitium, quà propter vſque tunc ad noſtram ſalutem à Deo boni mittuntur Angeli, & Dæmones (in iſto caliginoſo aere commorantes) ad noſtrum exercitium, ſeù ſpirituale profectum, licet enim dæmoniorum innumera multitudo ſit in Inferno ad crudeliſſimè torquendum illos, quos ſua inſtigatione duxerunt ad culpam mortiferam, nihilominus poſt tremendi iudicij diem iræ, & calamitatis maximè plenam, etiam dæmones, qui circa nos ſunt, tentando, & inſtigando, ſimul cum alijs erunt flammis ſubiacentes æternis, reproborum hominum, innumerabilem ſecum trahentes cateruam.

An inter dæmones ſit Prælatio? 14

Reſpondeo, quod ſic, vt videre eſt apud Gl. 1. Cor. cap. 15. dicentem. Quamdiù durat mundus, Angeli, Angelis, homines homini-

minibus, dæmones, dæmonibus præſunt, & naturalis dæmoniorum diſpoſitio poſcit, vt ſit in eis prælatio; tamen hoc non in iuſtitia fundatur ipſorum, ſed Dei, qui ſapientiſſimè omnibus prouidens; moderat, ac omnia regit.

15 An dæmones inferiores, ſuperioribus obediant ex amicitia?

Reſpondeo, ſecundum Diuum Thomam p. p. quæſt. 115. art. 5. quod non, ſed ex communi nequitia; homines namquè nimis odio habent.

16 An dæmones ſe ſe ad inuicem poſſint expellere à corporibus?

Reſpondeo per eumdem D. Th. 3. p. quæſt. 43. art. 2. quod virtute ſuperiorum dæmonum, ita dæmones expelluntur à corporibus, quod remaneat eorum dominium quantum ad animam, non enim contra regnum ſuum diabolus agit; At Chriſtus dæmones expellebat, ne dum à corpore, ſed multò magis ab anima, vt ſacroſancta Euangelij nos docent teſtimonia.

17 An dæmones poſſint facere bonum?

Reſpondeo per eumdem D. Thomam 2. ſent. diſt. 7. q. 1. art. 2. quod dæmonibus naturalis remanet potentia ad bonum, vt remota, atque indiſpoſita, ac per contrarium habitum deprauata, quia poſſent facere bonum, ſi vellent; non poſſunt; quoniam malitiæ habitus ab eorum voluntate remoueri non poteſt, cum amplius non ſint in ſtatu viæ; quilibet ad terminum viæ peruentus ab eo deflecti minimè poteſt, cui adhæſit, ſiuè bonus, ſiuè malus; finis autem Angeli eſt ſuæ electionis terminus, quæ quidem electio, bono, vel malo adhæſit; vndè ſicut homines poſt mortem in bono, vel malo confirmantur, ſic etiam Angeli poſt conuerſionem, vel auerſionem à Deo.

13 An in dæmonibus ſit ſcientia?

Reſpondeo per eumdem D. Thomam p. p. q. 64. art. 1. quod duplex eſt in dæmonibus cognitio veritatis; altera, quæ habetur per gratiam, altera, quæ habetur per naturam; illa, quæ habetur per gratiam, vna ſpeculatiua tantum. ſicuti cum alicui aliqua diuinorum arcana reuelantur; altera effectiua nimirum Dei producens amorem, quæ profectò ad ſapientiæ donum pertinet.

Harum cognitionum; prima, quæ habetur per naturam, eſt in dæmonibus, nec eſt ablata, nec diminuta; conſequitur namque ipſam Angeli naturam, qui eſt intellectus, vel mens à qua natura propter ſimplicitatem ſubſtantiæ, aliquid detrahi minimè poteſt, vide-

Digitized by Google

videlicet per ſubtractionem manus, vel pedis, aut his ſimilium; hiſce enim partibus omninò caret Angelus, qui eſt totaliter intellectualis, vt propterea dixerit magnus Dionyſius Areopagita c. 4. de diu: nom: Dedi non, quod dona naturalia in eis integra manent. Vnde naturalis cognitio per gratiam ſpeculatiuam, non eſt ab eis totaliter ablata, ſed diminuta, quia de huiuſmodi ſecretis diuinis ipſis tantum reuelatur, quantum oportet, vel mediantibus Angelis, vel per aliqua temporalia diuinæ virtutis effecta; vt D. inquit Aug. lib. 9. de Ciuit. Dei, non autem ſic in ipſis Sanctis Angelis, quibus plura, & clarius reuelantur in ipſo Verbo; à tertia verò cognitione ſunt totaliter priuati, ſicuti à charitatis habitu.

An dæmones diligant Angelos bonos? 19

Reſpondeo per eumdem D. Thom. vbi ſupra q. 6. art. 4. quod naturalis dilectio dicitur ipſius eſſe finis Angeli, non cum alteri quis vult bonum, ſed tanquam bonum, quod quis ſibi vult, & ex conſequenti diligit alium, in quantum eſt ſibi vnus, nec iſta dilectio naturalis queit remoueri ab ipſis dæmonibus, naturalem enim hanc habent dilectionem erga bonos Angelos, quatenus cum eis communicant in natura, at illos odio habent, in quantum ſunt ab ipſis diuerſi ſecundum iuſtitiam, & gratiam Dei.

An dæmones ſe mutuò diligant?

Reſpondeo per eumdem D. Thom. vbi ſupra diſt. 6. art. 4. quod 20
dæmones ex nequitia ſua, humano aduerſantur generi: amici autem ad inuicem ſunt, in quantum omnes vnius ſunt inimici puta Dei, & hominis propter ipſum, propterea, vt magis humanæ noceant naturæ, quaſi ad inuicem confœderantur, vt concorditer, ac ordinatè illam tentando perdant, at quantum in ipſis eſſet nuſquam haberent concordiam, (initia enim ſunt omnis diſcordiæ) ſed ſolum concordant ad aliquod vnum efficiendum, ſcilicet hominum damnationem tentationibus inquirendo, non enim probabile eſt ad inuicem beneuolentiam aliquam habere hos peſſimos ſpiritus, licet ad aliquem actum communem nequitiæ ipſorum, concordent.

An dæmones amentur à Deo? 21

Reſpondeo, quod ſic. Quatenus illis dedit eſſe naturæ, & illud prouidè conſeruat; non verò ſecundum ipſorum malum exitium, hoc enim ipſo ſunt inimici à Deo, inimicitia ſupernaturali.

An

Digitized by Google

22 An dæmones, & Angeli æqualiter amentur à Deo?

Reſpondeo, quod ſi loquamur ex parte actus diuini, omnes ſunt à Deo æqualiter amati, omnes enim ſunt æqualiter à Deo creati; ſunt enim omnes ex D. Thom. p. p. quæſt. 115. art. 5. Subſtantiæ ſeparatæ intellectuales corporibus non vnitæ; ſi verò loquamur, quò ad bona gratuita, magis à Deo amantur boni Angeli, quam dæmones; Deus ſiquidem, vt Prouerbiorum 8. capite dicitur, diligentes ſe diligit, ac proindè maiorem ipſis ſe diligentibus confert amorem.

23 An dæmones magis amentur à Deo, quam Maria ſemper Virgo?

Reſpondeo, ſi loquamur ex parte actus diuini, omnes æqualiter amantur; omnes enim æqualiter ſunt Dei creaturæ, vt de dæmonibus, & Angelis bonis ſupradiximus, ſi verò loquamur ſimpliciter, magis dæmones amantur, Deo enim eſt magis dilectus in bono ſimpliciter, nimirum in ſubſtantia, ipſis enim nobiliorem vult ſubſtantiam Angelicam ſcilicet præbendo naturam; ſi verò loquamur ſecundum quid, ideſt quò ad fœlicitatem, & beatitudinem, magis Beata diligitur Virgo; ipſi ſiquidem maiorem vult gloriam, diligit enim ſummè, ac perfectiſſimè Deum, at Deus diligentes ſe, diligit, vt ex 8. Prouerb. vidimus, ergo cum Beata ſemper Virgo dilexerit nimis Deum, dęmon verò nè dum dilexit, verum etiam peruersè ipſum odio habuit dicendum eſt Beatam Virginem ſecundum hanc rationem fuiſſe magis dilectam, quàm ipſe diabolus.

Vbi bonum eſt adnotare illud ex 8. prouerb. adductum nimirum. Diligentes me, diligo: ex hac enim dilectione, quam Beati habent erga Deum, maiorem hinc lumen gloriæ recipiunt, hoc enim datur à Deo ad correſpondentiam meritorum in charitate factorum.

De Antichriſto. Cap. VII.

1 EX quibus ſeminibus Antichriſtus concipietur?

Reſpondeo ſecundum Egidium lib. 7. cap. 7. ex parentum ſeminibus, ſed poſt conceptum, ſpiritus malignus deſcendet in matris vterum, virtute cuius, ac operatione, deinceps puer, alter adoleſcet, propter quod, & filius vocabitur perditionis.

In

Digitized by Google

In quo loco Antichriſtus ipſe naſcetur? 2

Reſpondeo per eumdem Egidium loco ſupracitato, in Babilonia de tribu Dan. poſt hoc in Hieruſalem veniet, vt circumcidat ſe Iudæis; dicens, ſe eſſe Chriſtum ipſis promiſſum: vnde plebs iudaica ei adhærebit; (ſic enim inquit Haymo ſuper Apocalypſim) donec Helias, & Enoch prædicantes, qui ex illis ſaluandi fuerint, ad Chriſtum conuertantur.

An Antichriſto Angelus præbeatur cuſtos ad ipſum cuſtodiendum in bonis operibus, ſicuti animæ rationali. 3

Reſpondeo, quod ſic, vt in tract. de cuſtod. Anim. rationalis dictum eſt, numero 5. ſed quando ita obſtinatur in peccato, quia dicet ſe eſſe Deum, atquè extolletur ſuper omne id, quod dicitur Deus; ac proindè ſua ſuperbia ſupra Deum quærens ſedem ponere, tunc eum Angelus totaliter deſeret, nec eum habebit poſtea ad cuſtodiam, & protectionem, ſed vt contrarium accuſatorem, &c.

In quibus peccat Antichriſtus. 4

Reſpondeo in multis, ſed principaliter in ſeptē, vt apud præcitatum Egidium ibidem eſt videre, ideſt erit luxorioſus, atquè fœminarum concupiſcibilis. Secundò in aſpectu per hypocriſiam ſimulabit ſanctitatem, vt facilius decipere poſſit. Tertiò cor ſuum per ſuperbiam magnificabit; & contra Principes conſurget, & contra Deum, & Gl. inquit ſuper Dan. in tantam eleuabitur ſuperbiam, vt leges, ac cæremonia mutare conabitur, vel curſum temporum; tantæ quoquè præſumptionis erit, quod minimè putabit, ſe poſſe à Deo omnipotenti puniri. Quartò, Dei erit blaſphemus. Quintò, ad maiorem ipſius Dei contumeliam, ſuam faciet adorare imaginem, ac omnes ſuo ſignari charactere in manu dextera, & fronte. Sextò, confitebitur ſe verum eſſe filium Dei, ac filium hominis; ita vt ſedeat in templo Solomonis ab ipſo reædificato, & tanquam verſus Meſſias, & Deus ſe adorare faciet. Septimò, affirmabit, nullum ante ſe fuiſſe Chriſtum, aliaquè mala faciet; nam ſicut in Chriſto, inquit Gloſ. ad Teſſal. cap. 2. diuinitatis habitat plenitudo, ita & in Antichriſto omnis iniquitatis plenitudo, quia in ipſo erit malorum caput, diabolus nimirum.

Quot modis Antichriſtus homines ad malum, atquè ad ſuam legem ſubuertet? 5

Reſpondeo per eumdem Egidium, diuerſis modis, ſicut diuer-

ſis modis peccat in Chriſti charitatem, & rectiſſimam, ac ſanctiſſimam legem, ſed præcipuè iſtis quatuor modis.

6 Primus modus erit callida perſuaſio in ſubuertendo homines; nouam enim prædicabit, ſed prauam, ac falſam legem, & Ieſu Chriſti legem immaculatam pro ſuo poſſe dextruere nitetur; prædicatores ſiquidem ſui per vniuerſas mundi partes diſcurrent, ac impedient veros fideles prædicatores, nè ſemen verbi diuini à credentium cordibus receptum, germen producat vitæ æternæ; ipſius quoquè Antichriſti Apoſtoli obſtabunt nè Sacræ Scripturæ veritas, quo ad myſticos ſenſus declaretur à Doctoribus, & à fidelibus audiantur, & ipſi falſæ veritatis velaminè operti ſimulabunt, multoſquè ad ſe ipſos ſuadebunt.

7 Secundus modus ſubuertendi erit per falſa miracula; Artis enim magicæ ope illa patrabit; vnde Gl. ſuper Apocalyp. cap. 3. ſic inquit de Antichriſto. Magica arte faciet ſtatuam loqui, ac futura prædicere, faciet de cœlo ignem deſcendere ad terram, ideſt malignum ſpiritum: ſuper ſuos faciet diſcendere, vt varijs loquantur linguis; ſpiritus enim malignus in eos coram hominibus deſcendet multis, ſicut Spiritus Sanctus, ad Chriſti ſanctiſſimi Apoſtolos deſcendit; vnde Antichriſti apoſtoli ſe fraudolenter iactabunt; nimirum eſſè iuſtiores Apoſtolis Chriſti, qui per Spiritum Sanctum acceperunt eſſe Cruci conclauatos. Item per artem magicam ſimulabit ſe eſſe mortuum, & à dæmonibus feretur in Aeris regiones, quaſi in cœlum aſcenderet, & ſic putabitur ab omnibus, reſurrexiſſe, qui prius mortuus per triduum putabatur, & tunc mirabuntur populi, & adorabunt, ac laudabunt eum; faciet arbores (præter vſum naturæ, ope dæmonum) citò florere, & areſcere, mare turbari, reſquè naturæ diuerſas ſubire figuras, coram populis etiam mortuos ſuſcitabit.

8 Tertius modus: diuertet populos per munera; ipſi enim Antichriſto manifeſtabuntur à dæmonibus omnes theſauri abſconditi, in eius poſſè manentes, ac ipſius poteſtati tributi, maximam auri, & argenti ſequentibus eum offeret quantitatem, & ſic hac via plurimos ad ipſum ſequendum inclinabit, huius ſæculi diuites maximè ditando, ipſos vt in diuitijs ſuis ſecuri maneant, falsò ſeducendo.

9 Quartus modus, per minas compellet, atquè tormenta, quæ procuſdubio vinci non poſſunt ab vlla humana poteſtate, proindè ait

dè ait ſaluator, hoc præuidens periculum, Matt. 24. c. Tunc erit tribulatio, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi; vnde illo tempore, maximè ſunt vexandi fideles, ac vehementius, vbi Ieſus Chriſtus Dominus noſter fuit Cruci conclauatus, vt Haymo inquit ſuper Apoc. iſta verò tentatio non fiet per partes, ſed ſimul totum examinabit orbem terrarum, ſoluentur enim dæmones, qui nunc ligati ſunt; nec poterunt nocere quantum ipſi vellent peſſimi ſpiritus vindictæ; fideles proinde illo tempore prædicabunt, tanquàm excomunicati tunc habebuntur boni, niſi characterem habeant, qui ſignum aliquod, vel litera erit, vt adhærentes ipſi, cognoſcantur; alias interficientur.

An Antichriſtus in illo tempore multos ad ſe trahet? 10

Reſpondeo, quod ſic, iuxta illud Apoc. cap. 12. cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum, ac miſit eas in terram; vnde auaros trahet per munera, bonos verò per tormenta, ſimplices, per prædicationem, ac miracula, qui ſancti, & iuſti credebantur, adhærebunt ei; pro ſuo libito, ac voluntatis imperio habebit ſecum malos, ac maleficos Reges, & Principes, vt Apocalypſis cap. 13. habetur. Vidi de mare beſtiam aſcendentem, ideſt Antichriſtum, habentem capita ſeptem, ideſt Principes vniuerſos, & cornua decem ideſt illos, qui decalogum impugnant.

Quot annis durabit Antichriſti prædicatio, & proſequutio? 11

Reſpondeo tribus annis cum dimidio, vt inquit Gloſſa ſuper Apocalypſim; quod ſi pluribus annis Antichriſti duraret perſequutio: multi perirent fideles; vt propterea dixerit Euangeliſta Matthæus. Niſi autem abbreuiati fuerint dies illi, non fuiſſet ſalua omnis caro, & Gloſ. vbi ſupra in Matthæum inquit: hæc tribulatio quantò ceteris grauior eſt: tantò breuitate à diuina gratia moderatur.

Erunt ne illo tempore Antichriſti Euangelici prædicatores? 12

Reſpondeo, quod ſic: nimirum Enoch, & Helias, & conuertent corda patrum in filios, vt Malachię cap. vltimò dicitur. Gloſſ. qui ſuſcipiunt fidem, quam illi habuerunt; vnde Chriſtiani, ac pariter iudæi in Chriſti religionem conſentient de eorum prædicatione, ac ſancta conuerſione: vt Apoc. cap. 11. habetur. Dabo duobus teſtibus meis, (nimirum Enoch, & Heliæ) & prophetabunt, ideſt prædicabunt tribus annis, ſicut Chriſtus ipſe prædicauit, amicti ſaccis; Gloſſ. prædicantes pœnitentiam, atquè exem-

Digitized by Google

plum oſtendentes; hi ſunt duæ oliuæ, ac duo candelabra, ideſt lumen alijs dantes; Tandem Antichriſtus eos interimet in Hieruſalem, & iacebunt eorum corpora in plateis tribus diebus, & tribus noctibus cum dimidia, qui nullus eorum corpora ſepelire audebit, propter ipſius Antichriſti metum, occiſores autem eorum valdè læti propter eorum mortem (poſt tres dies, &c. ac dimidium reſurgent Enoch, & Helias) vocem audient talem. Hælias, & Enoch aſcende huc; & aſcendent per nubem in cęlum.

13 Quot diebus poſt Heliæ, & Enoch mortem Antichriſtus regnabit?

Reſpondeo, per ſupradictum Egidium loc. cit. quod quindecim regnabit diebus, quem poſtea ſua Deus, ſiuè immediatè, & per ſe, ſiuè Michaelis Archangeli virtute, occidet, cuius proindè mors in monte Oliueti complebitur, in popilie, ac in ſolio ſuo; loco ſiquidem à quo Mundi verus Redemptor in cęlum agiliſſimo, ac vehementiſſimo calle volauit, interfecto Antichriſto: eius miniſtri gaudebunt, ducentes vxores, & dicentes. Quamquàm princeps noſter mortuus ſit: habemus tamen poteſtatem, pacem, ac ſecuritatem, cum talia dixerint verba, repentinus eis ſuperueniet interitus; vnde iudæi, tunc ad Fidem conuertentur catholicam, iuxta illud Iſaiæ cap. 23. In illa die ſaluabitur Iuda, &c. Sancta Mater Eccleſia, vſquè in finem pacificata requieſcet, quia ex tunc fraudulentia, ac diabolica ſæuitia penitus vbiquè deficient. Qua propter tunc nullus erit princeps, vel Rex, ſed Eccleſia ipſa omnibus prorſus dominabitur in toto terrarum orbe, iuxta veridicam Saluatoris ſententiam Ioannis cap. 16. Erit tunc vnum ouile, & vnus paſtor.

14 An interfecto Antichriſto, ſtatim veniat Dominus ad iudicandum?

Reſpondeo ſecundum Gloſſ. ſuper Dan. quod dies concedentur quadraginta quinquies, vt ad ſanctorum refrigerium atquè ad ſubuerſorum, ad Dei conuerſionem, & pęnitentiam; quantum autem ſpatium ſit inter illos quadraginta quinquies dies, ad finem vſquè mundi, nemò ſcit; nam quamuis per Antichriſti mortem, aliaquè ſigna (quæ in ſequentibus de Iudicio notantur) poſſint, adhunc viuentes, cognoſcere iudicium eſſe propinquum, nihilominus diē, & horam ipſius exequutionis nullus pro certo ſcire poteſt; hoc enim ſolus Deus agnoſcit, vel cui ipſe voluerit reuelare.

Vbi

Digitized by Google

Vbi aduerte, quòd anima Chriſti ſanctiſſima propter ſubſtantialem vnionem cum Verbo, habuit hanc ſcientiam de die, & hora Iudicij, & ſi obijcias illud quod ipſemet Chriſtus dixit, quod nimirum de die illo, vel hora, nemo ſcit neque filius hominis, niſi Pater. Marci 13. & Matt. 14. reſpondetur multipliciter, vel quia diem, & horam iudicij neſciuiſſet, ſecundum ſuam humanitatem ſolitarie ſumptam, niſi peculiari reuelatione fuiſſet edocta, & hoc vt oſtenderet, quàm ſit ille dies abſconditus: hæc expoſitio eſt D. Gregorij Nanzianzeni, D. Ioannis Damaſceni, Nicetæ, & Caetani apud Patrem Vaſquez, vel quia anima Chriſti ſanctiſſima diem illum, & horam extremi, & tremendi Iudicij ſciat quaſi ſub ſecreto, & non vt alijs reuelet, & hic ſenſus optime quadrat contextui, vt patebit conſideranti: item quadrat phraſi Sacræ Scripturæ, in qua dicitur Deus aliquid ſcire, quia facit alios ſcire. Gen. 22. Nunc cognoui, quod timeas Deum; ideſt nunc cognoſcere te feci, ſic etiam dicitur Chriſtus neſcire diem iudicij, quia neminem fecit illum ſcire. 15

Accedit etiam congruens ratio; quia nimirum Chriſtus, vt homo vnitus Perſonæ Verbi, eſt Iudex omnium; Pater enim æternus omne iudicium donauit filio, qui etiam vt homo eſt eius naturalis filius ratione vnionis hypoſtaticæ, at non eſt veriſimile Verbum non reuelaſſe animæ Chriſti ſanctiſſimæ diem, & horam iudicij, in quo Chriſtus, vt homo vnitus Verbo, iudicabit genus humanum, vt Sancta Mater canit Eccleſia in hymno aſcenſionis Chriſti; homo in fine temporum: debet igitur ſcire diem, & horam, in qua tale eſt facturus iudicium.

De Finali Iudicio venturo. Cap. VIII.

AN erit finale, ac venturum Iudicium? 1

Reſpondeo, quod ſic; & hoc eſt de fide tenendum; canitur namquè ab Eccleſia catholica militante in Symbolo Apoſtolorum. Inde venturus eſt, iudicare viuos, & mortuos.

Quare dicitur. Viuos, & mortuos, ſi omnes tàm boni, quàm mali ſint immortales reſuſcitati, vt iudicentur à Chriſto iudice? 2

Reſpondeo, quod per viuos, in tali caſu iuſti, ſeù prædeſtinati intelliguntur, per mortuos verò, intelliguntur peccatores, ſeù reprobi.

probi. Vndè ſciendum eſt, quod in finali iudicio nè dum peccatores interrogabit Dominus Ieſus Chriſtus Iudex, verum etiam iuſtos, & ſanctos, iuxta illud Pſalm. 10. Dominus interrogat iuſtos, & impios; licet enim, vt iuſti interrogentur à Chriſto, ad maiorem ipſorum conſolationem, dicente eis. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. propterea venite ò benedicti Patris mei poſſidete regnum vobis paratum ab origine mundi; peccatores verò interrogabit, ad maiorem ipſorum confuſionem, & deſperationem, & dicet illis. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare, &c. proindè diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & Angelis eius, vt de vtriſquè legitur Matthæi cap. 25.

3 Cum in morte cuiuſcunq; hominis particulare fiat iudicium, quid opus eſt, extremo, finali, & vniuerſali iudicio.

Reſpondeo per D. Thomam 3. p. q. 59. art. 5. dicentem, quod licet per mortem vita hominis terminetur per ſe; remanet tamen ex futuris, ſecundum quid dependens; vno modo, ſecundum quod
4 adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus interdum, contra veritatem, remanet bonæ famæ, vel malæ: alio modo, in filijs, qui ſunt quaſi aliquid patris, & tamen multorum bonorum ſunt mali filij, & è conuerſo; Tertiò modo quantum ad effectum operum ſuorum, vt Arrius, atquè Apoſtoli. Quartò modo quantum ad corpus, quod quandoquè honorificæ traditur ſepulturæ, quandoq; verò inſepultum relinquitur, ac tandem in cineres omninò reſoluitur. Quintò modo, quantum ad ea, in quibus homo ſuum defixit affectum; nimirum in quibuſcunquè temporalibus rebus; quarum quædam citius finiuntur: quædam diutius perdurant; Omnia hæc igitur diuini iudicij exiſtimatione ſubdentur, ac proinde de his omnibus, & alijs ſimilibus, ſi dentur, perfectum manifectumquè iudicium haberi minimè poteſt, quamdiù huius temporis curſus durabit; qua propter decet eſſe finale, extremum, & vniuerſale iudicium in nouiſſimo ſæculorum die; in quo perfectè id, quod ad vnumquemq; hominum pertinet, modo perfecto, & manifeſtiſſimo, coram omnibus creaturis, iudicetur, ac examinetur à Chriſto omnium ſupræmo iudice.

5 An priuſquàm finale, & futurum iudicium veniat: currant aliqua ſigna, iudicium ipſum vicinum eſſe manifeſtantia?

Reſpondeo, quod ſic, vt quiſquè apud D. Matt. cap. 14. Lucam

Digitized by Google

31. Marcum 13. legere pro ſuo libito poteſt, dicentes. Erunt ſigna in ſole, & luna, & in ſtellis, &c. & etiam apud Ioelem cap. 2. & dabo prodigia in cœlo ſurſum: & ſigna in terra deorſum, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi; ſol conuertetur in tenebras. & luna in ſanguinem, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et D. Hieronymus in hæbreorum Annalibus, vt etiam hiſtor. Magiſt. ſent. teſtatur, quindecim inueniſſe ſigna, quæ quindecim diebus præcedunt; Vtrum verò dies fuerint interpolati, vel continui, controuerſum eſt. Prima, autem die, ſurget mare quadraginta cubitis ſuper altitudinem montium, ſtans in loco ſuo, quaſi murus. Secunda die, deſcendet deorſum, & tantò profundè, vt vix mortalium oculis conſpici valeat. Tertia die, marinæ belluæ apparebunt ſuper aquas maris, & mugitum horrendum vſquè ad cœlum emittent. Quarta die, ardebit mare, ideſt purgabuntur ab excrementis, omnes aquæ; Quinta die, omnia ruent ædificia. Septima die, petræ ad inuicem inceſſanter collidentur. Octaua die, generalis fiet terræmotus. Nona die, æquabitur terra. Decima die, homines è cauernis exibunt, tanquam amentes ambulantes, nec ad inuicem loqui poterunt. Vndecima die, ſurgent mortuorum oſſa ſuper ſepulchris. Duodecima die, è cœlo cadent ſtellæ. Decima tertia die, homines adhuc viuentes, morientur, vt cum mortuis reſurgant. Decima quarta die, ardebit Deus cœlum, ideſt Aera, ac terram, ideſt purgabit à fœcibus. Decima quinta, & vltima die omnes reſurgent, ac cœlum nouum fiet, & noua terra.

Vnde terminato Iudicio, ſubito erit mundi innouatio, in qua 6
innouatione multa ſequentur, ſed hæc principaliter; puta non erit amplius cœleſtium orbium motus. Tunc enim ſol ſtabit in oriente, ac luna in occidente, vbi creditur hos planetas fuiſſe creatos; & tunc erit lux lunæ veluti lux ſolis: lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, vt Iſaias cap. 3. ait. Terra erit ſicut chriſtallum, & complanabitur; Aer erit clarior ſole, nec habebit impreſſiones, quas modo habet, nec erunt nubes, neque venti, neque pluuiæ, neque ros, neque nix, neque tonitrua, neque fulgura, neq; tranſmutationes elementorum, neq; animalium: quoniam hæc talia illo tempore ceſſabunt, ac renouabuntur, vt videre liquet apud
Egid. lib. 7. cap. 20. quædam hic ob breuitatis cauſam omittuntur; 7
tamen ſunt duo adnotanda; ideſt quod quando ſupra dicitur (ſtel-

læ ca-

læ cadent de cœlo) non intelliguntur ſtellæ, quę in cœlo ſunt collocatæ; ipſe namquè minimè cadere poſſunt, primò quia corpora cœleſtia intrinſecè ſunt incorruptibilia, cum eorum materia, & forma modo indiſſolubili nectantur, & ad inuicem vniantur. Secundò non eſſet in terra locus, in quo recipi poſſent; quod patet; nam ſicut Ariſtoteles in libro de generatione docet; aqua decuplo eſt maior terra, & aer decuplo maior aqua, & ignis decuplo maior aere, ex quo ſequitur, quod totum ſpatium, quod eſt infra cęlum continere poteſt totam terram millies centies, & vndecies præcisè, ac rurſus ſciendum eſt, quod ſecundum ſapientes, vt teſtatur Origenes, & Diuus Thomas, multiq; alij omnes ſtellæ ſunt terra maiores, ſaltem illæ, quæ ſunt notabiles viſu, vt Asfraganus inquit; Huius autem ſignũ eſt quando quælibet ſtella cœli reſpectu terræ alicuius eſt quãtitatis, vt patet ad ſensũ. Terra verò reſpectu cœli nullius eſt quantitatis ſenſibilis, ſed ſe habet, vt punctũ, vt Aſtrolabij vſu patet. Quia Aſtrologus, ita eo vtitur in ſuperficie terræ, ac ſi eſſet in centro eius; Cum ſtellæ igitur etiam notabiles, ſint iã multò plures quam mille, &c. ſicq; clare patet, quod in terra locum habere non poſſunt, niſi in cœlo. Dicitur autem ſtellas è cœlo cadere ſecundum Diuum Chriſoſtomum, & Hieronymum, in quantum ſuo priuabuntur lumine; & hoc, vel propter præſentiam maioris luminis, nimirum Chriſti, ipſe namquè eſt ſol iuſtitiæ, & candor lucis æternæ, luminare ſi quidem maius, (vt dicitur in philoſophia) occupat ſeù obſcurat luminare minus, vel propter fumum ſurſum aſcendentem, quando purgabitur mundus; verum tamen eſt, quod multi Sacri Doctores intelligunt de ſtellis, quæ nocturno ſolent cadere tempore, quæ cadentes è cœlo ſtellæ à ruſticis putantur; ſunt autem, & vocari ſolent ab Aſtrologis conſtellationes, quæ ab exhatationibus progignuntur; exhalatio ſiquidem quæ natura ſua ſicca, & calida eſt, ac ſole è terra ſurſum, vſquè ad ſuperiorem aeris regionem eleuatur, vnde nimis calefacta à ſphæra ignis igneſcere incipit à parte ſuperiore ad inferiorem, & huius mundi videbitur ignis in maxima quantitate in die tremendi iudicij deſcendere, & tanta erit copia, vt diluuium ignis extimari poſſint; quod quidem mirum portentum erit ho-
8 minibus. Secundò, vult Dominus in extremo futuro, ac vniuerſali iudicio ſigna oſtendere in ſole, & luna, & ſtellis, & non in alijs creaturis, ſiquidem iſta luminaria à toto terrarum orbe videntur,

ac

ac proinde quilibet mortalium cognoſcet Iudicium eſſe propinquum: voluit ipſe Dominus in manifeſtiſſimis rebus, omnibus profectò patentibus talia ponere ſigna, ac ſi aliquis à via veritatis erraſſet, ad eandem contritus rediret, ne cum reproborum numero, inferorum pœnis conſignetur æternis.

In quò nam loco vniuerſale iudicium fiet? 9

Reſpondeo, quantum è Sacra Scriptura colligi poteſt ex illo Ioelis, cap. 1. quòd fiet in valle Ioſaphat; quæ quidem eſt propè montem Oliueti. Verùm licèt talis vallis non ſit ſufficiens ad capiendum omnes homines, imò nec tota promiſſionis Terra; attamen Deus omnipotens, circa illum locum tantum ſpatium ponet, quantum ſufficiet ad iudicandorum multitudinem capiendam; dummodo ab illo ſpatio Chriſtum ſeuerum Iudicem videre poſſint, qui in ſede maieſtoſus accedens cum tota Curia cœleſti, præ nimia ipſius claritate, è longinquò faciliter inſpici poterit.

Not. quòd vallis Ioſaphat eſt ſita inter duos montes in Iudæa, vt aiunt non pauci Doctores grauiſſimi, quos ſub ſilentio tranſcurro: horum montium, vnus dicitur Orientalis, eſtquè mons Oliueti, alter autem Occidentalis dicitur, eſtquè mons Syon. In radice montis Oliueti à parte Orientali eſt Bethania, quæ diſtat ab Hieruſalem ſtadijs quindecim, vt habetur Ioannis 11. ſiuè quaſi duobus miliaribus, in decliui autem eiuſdem montis ab Occidente erat vna villa, quæ dicebatur Bethfage, quæ erat Sacerdotum. Inter hos duos montes eſt vallis media, quæ quidem vallis Ioſaphat appellatur, in qua Chriſtus, vt ſupremus iudex, ac furens ad iudicandum veniet. Quæ eſt latitudinis mille paſſuum, vel circiter, ſeù vnius miliaris; per medium autem huius vallis labitur torrens Cedron, qui fluit à Septemtrione in Meridiem, &c.

An Chriſtus ad iudicandum veniens in vallem Ioſaphat: deſerat ſedere ad dexteram Patris in cœlo? 10

Reſpondeo, quòd non; ſicuti nec deſerit, cũ Sacerdos conſecrat, vt ait Trid. ſeſſ. 13. c. 1. ſed ſicuti in valle Ioſaphat eſt ad iudicãdum genus humanũ, ita in cœlo eſt cũ Patre, & Spiritu Sancto ad fruẽdũ, & ſicut Filius, cũ Patre, & Spiritu Sancto eſt in cœlo ad fruẽdũ; ita Pater, & Spirit⁹ Sãct⁹ erũt in valle Ioſaphat cũ Filio ad iudicãdũ.

Aduertendum, quod licèt opera Trinitatis ad extra ſint indiuiſa, vt vnanimiter aſſerunt Scholaſtici, tamen vniuerſale iudicium, quod eſt etiam opus ſapientiæ, attribuitur filio, vtpotè increatæ,

ac æternæ Dei Patris ſapientiæ: ſicut in Incarnationis opere licet effectiuè fuerit ab omnibus tribus Perſonis, & terminatiuè fuerit à ſolo Verbo; tamen attribuitur Spiritui Sancto, vt patet ex illo Luc. 1. Spiritus Sanctus ſuperueniet in te. & ex illo Symboli Apoſtolorum, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto. Quia 5. Spiritus Sãctus deduxit in matricem Virginis pretioſiſſimum ſanguinem, vt deducitur per ſemen maris ſuperueniente concupiſcentia, & etiam ex hoc, quia cum opus Incarnationis fuerit opus ſummæ bonitatis, attribuitur Spiritui Sancto, qui eſt fons Amoris, & Bonitatis, vt, ni fallor, ait S. Doctor 3. p. q. 32. art. 2. Pariformiter eſt aſſerendum de vniuerſali iudicio, quia licet in Symbolo Apoſtolorum dicatur. Inde venturus eſt (nempè Chriſtus) iudicare viuos, & mortuos; nihilominus tota Trinitas ad iudicandum veniet auctoritatiuè, quanquam Chriſtus, vt homo ſolùm exequutiuè iudicabit.

11 An Chriſtus in finali iudicio veniet affabilis, Benignus. An verò terribilis, & ſeuerus.

Reſpondeo, quod electis Chriſtus veniet dulcis, affabilis, Benignus; dicet enim ipſis. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. idcircò venite benedicti Patris mei poſſidete vobis paratum Regnum ab origine Mundi. Reprobis verò veniet colericus, maieſtoſus, ſeuerus, terribilis, & ipſis ſic dicet. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, &c. propterea Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius. Vnde patientiſſimus talem Chriſti iudicis conſiderans terribilitatem, ſic ad Dominum, tremens, leuabat voces.

Domine quando veneris iudicare terram: vbi me abſcondam a vultu iræ tuæ? imò quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus? vt eiuſdem Iobi cap. 14 habetur.

12 An Chriſtus in finali iudicio, ante corporum reſurrectionem ad iudicandum veniet, vel poſt?

Reſpondeo, quod poſt; Matthæi enim cap. 24. dicitur, quod in cœlo ſignum apparebit filij hominis, nimirum Crux multò ſolis radijs clarior, & poſt Antichriſti mortem ad conſolationem electorum, & reproborum terrorem, at poſt corporum reſurrectionem filius hominis, nempè Chriſtus, ad iudicandum populos in æquitate veniet.

An

An filius Dei corporaliter ad iudicandum veniet? 13

Reſpondeo, quod ſic; vt aiunt Euangeliſtæ, aiunt enim ipſi, quòd tunc (ſcilicet in die Iudicij) homines videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna: ſed filius hominis: non eſt ſine corpore; igitur cum corpore Chriſtus Dei filius ad iudicandum veniet: imò ibi dicitur, quòd tunc videbunt filium hominis, &c. at quòd videtur, corporale eſt, ac ſenſibile; ergo ſi homines Chriſtum videbunt: ipſum in corpore, ſeù effigie humana videbunt, quod etiam Sancta canit Eccleſia in hymno Aſcenſionis Domini, dicens: Homo in fine temporum.

An filius Dei in iudicio, cum corpore videbitur glorioſo, vel nè? 14

Reſpondeo cum corpore glorioſo; inquit enim Orig. in Matt. quod ſicut transfiguratus fuit in monte coram tribus, ita transformabitur, atq; apparebit in conſumatione mundi cum multa gloria, ac proindè omnes ipſum videbunt in forma glorioſa.

An omnes Chriſtum in maieſtate videbunt diuina, vel humana? 15

Reſpondeo, ſecundum D. Aug. lib. 1. de Trin. quod viſio filij hominis etiam malis exhibebitur, ſed viſio formæ Dei, nonniſi mundis corde; & ſic iuſti Chriſtum in diuina videbunt maieſtate: reprobi verò in maieſtate humana; ſi enim tunc reprobi ipſum in maieſtate viderent diuina, equidem ſalui fierent, & ſic nemò damnaretur: cuius oppoſitum fides noſtra docet Catholica, dicens per Athanaſium in eius ſymbolo: Qui bona egerunt: ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum, vt alibi erit nobis dicendum.

An reprobi tunc Chriſtum cognoſcant eſſe Deum? 16

Reſpondeo ſecundum D. Thomam 4. ſent. diſt. 43. q. 1. artic. 3. quòd manifeſtè impij, Deum Chriſtum eſſe cognoſcunt, non ex hoc, quòd eius diuinitatem inſpiciant, ſed propter manifeſtiſſima Diuinitatis ſigna.

An ſolus filius Dei in iudicio vniuerſali judicabit? 17

Reſpondeo ſecundum Nicolaum de Lyra, quod tota iudicabit Trinitas authoritatiuè, ſed Chriſtus ſolus, in quantum homo, iudicabit exequutiuè, & ratio eſt, quia Iudex debet eſſe omnibus manifeſtus iudicandis, ſed Deus ſecundum Naturam Diuinam in iudicio ab omnibus non videtur, aliàs omnes eſſent beati, ac ideo

exequutio iudicis, data eſt Chriſto, vt homini, qui clarè poterit ab omnibus videri.

18 An erunt alij iudicantes cum Chriſto in finali iudicio?

Reſpondeo, quod ſic: & hi erunt Apoſtoli, de quibus ipſe Chriſtus inquit Matt. c. 19. Vos, qui ſequuti eſtis me, in generatione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Eſt autem hic dicendum cum Ægidio lib. 7. c. 18. quod quinq; ſunt modi iudicandi in finali iudicio.

19 Primus modus eſt, authoritatis, quo iudicabit tota Trinitas, vt ſupradictum eſt.

Secundus modus eſt ſub authoritatis, quo iudicabit Chriſtus, vt homo.

Tertius modus eſt acceſſoriæ dignitatis, quo iudicabunt omnes Apoſtoli, viriquè perfecti, qui cum iudice eminentius reſidebunt, tanquàm melius ſcientes leges, & conſtitutiones Regni Dei, prò quibus adimplendis, & ſciendis operam dederunt.

Quartus modus eſt Approbationis, quo iudicabunt omnes Sancti.

Quintus, & vltimus modus eſt, iudicandorum culpam manifeſtare, ſic etiam mali, ſeù reprobi ſe ipſos iudicabunt.

20 An Angeli iudicabunt cum Apoſtolis, cœteriſq; beatis?

Reſpondeo, quod non; quanuis enim Angeli ipſi acutius, & perſpicacius ſciant Dei legem, & conſtitutiones, ac ipſi homines; nihilominus ſecundum D. Thomam 4. ſent. diſt. 47. art. 2. quæſtiuncula 3. non iudicabunt, quoniam acceſſores iudicis debent eſſe iudici proportionabiles, ac conformes; iudicium autem filio Dei tribuitur, quia ſecundum humanam naturam ab omnibus videbitur, tàm bonis, quàm malis, & ideò oportet, vt acceſſores iudicis humanam habeant naturam, cum qua poſſint ab omnibus tàm bonis, quàm malis videri, & ita iudicare Angeli non poſſunt. verum tamen eſt, quod poſſumus aliquo modo affirmare Angelos iudicare per ſententiæ approbationem, vt omnes Sancti iudicant, vt ſupra dictum eſt.

21 Si Angelis non competit iudicare; An veniant cum Chriſto ad iudicium?

Reſpondeo per eumdem D. Thomam loc. cit. quod ſic, ſed non vt iudices, ſed vt teſtes humanarum actionum, ſub quorum cuſto-

dia

dia homines, benè, vel malè egerunt; cum ergo veniant Angeli omnes boni cum Chriſto ad iudicium: multò magis venient dæmones cum ceteris reprobis, vt per Chriſtum iudicentur, vndè ſciendum eſt, quod quanuis omnes Angeli, ac omnes dæmones ad iudicium adſint, non propterea Paradiſus abſque bonis Angelis, nec infernus abſquè dæmonibus remanebunt, quoniam tàm boni, quàm mali Angeli per D. Thom. p. p. q. 113. art. 6. non indigent mora temporis ad motum localem: ſed ſtatim aſcendere, atquè deſcendere poſſunt.

An finale iudicium vocaliter fiat, vel mentaliter? 22

Reſpondeo per Diuum Thom. loc. cit. q. 1. art. 2. quod hoc pro certo defin ri minimè poteſt; nihilominus probabilius æxiſtimabitur, quod illud ſeuerum iudicium totaliter, & quò ad excuſſionem, & quò ad accuſationem malorum, & commendationem bonorum, quo ad eſſentiam, de vtriſquè mentaliter perficiet; attamen vocaliter ſingulorum facta narrabuntur inextimabili magnitudine temporis ad hoc exigita, vt etiam ait Aug. de Ciuitate Dei.

An Angeli, cœterique beati, ſtante iudicio, intercedant prò reprobis, & ſuis deuotis? 23

Reſpondeo, quod non; Angeli enim, & beati cœteri tamdiù orant, & quærunt prò reprobis intercedere, ac pro ſuis deuotis ſalutem, quamdiu illud impetrare ſperant, at in iudicio non poſſunt ipſorum reproborum ſperare ſalutem, licet ipſorum fuerint deuoti, reprobi ſiquidem ipſi in termino ſunt, ac in manu iuſtitiæ diuinæ, non verò in eorum manu, & libertate arbitrij, vt fuerant viuentes in ſæculo, immò ipſi Angeli, ac etiam Sancti cœteri de diuina iuſtitia ſuper reprobos operata, ac operanda gaudebunt, vt Pſalm. 57. habetur. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam, ac lauabit manus ſuas in ſanguine peccatoris.

Qua hora generalis reſurrectio fiet? 24

Reſpondeo ſecundum D. Thomam, quod determinata hora temporis, in qua reſurrectio fiet generalis, ſciri prò certo non poteſt, ſicut nec ſciri poteſt dies eius, vt dictum eſt de Antichriſto; nihilominus ſatis probabile à quibuſdam putatur, quod erit quaſi in crepuſculo; exiſtente ſole in Oriente, ac luna in Occidente; vt ſic enim, & in tali poſitione ſol, & luna creata eſſe creduntur, vt ſic eorum circulatio penitus, per reditum ad eumdem punctum

com-

Digitized by Google

complectur; vndè etiam dicitur de Chriſto Redemptore, quòd in tali reſurrexerit hora.

25 Quare Iuſtitia diuina generalem reſurrectionem, vſquè in nouiſſima illam diem, differt?

Reſpondeo ſecundum D. Auguſt. lib. de Trinit. quod prouidentia diuina ſtatuit, vt corpora groſſiora, atq; adeò groſſiora, per ſuperiora corpora cœleſtia, vt potè ſubtiliora, ac virtuoſiora, quo iam ordine gubernentur, ac proindè tota corporum ſubcœleſtium orbium ſupercœleſtium variationi ſubiacet. Vndè contra eſſet ordinem, quem diuina prouidentia rebus impoſuit; ſi natura corporum inferiorum ad ſtatum in corruptionis produceretur, adhuc perſeuerante corporum cœleſtium mutatione, & quia ſecundum Fidem noſtram Catholicam, reſurrectio noſtra ad vitam erit immortalem: Chriſti noſtri Saluatoris reſurrectioni conſimilis, qui reſurgens à mortuis, iam vltra non moritur, vt ad Rom. cap. 6. habetur; propterea humanorum corporum reſurrectio ad finem vſquè Mundi elongatur, in quo certiſſimè celeſtia corpora à ſuo ceſſabunt motu, & requiem ſemper in ipſis habebunt.

26 An generalis reſurrectio erit miraculoſa, vel naturalis?

Reſpondeo, ſecundum D. Thom. 4. ſent. diſt. 43. art. 1. quæſtiuncula 3. quod erit miraculoſa, ſimpliciter loquendo; nullum enim principium actiuum reſurrectionis in rerum natura reperitur, nec reſpectu diſpoſitionis, quæ eſt neceſſitas ad talem animarum cum corporibus coniunctionem; talis ſiquidem diſpoſitio à natura induci minimè poteſt, niſi determinato modo propter generationis viam ex ſemine; erit igitur naturalis reſurrectio ſecundum quid, quatenus ad Naturæ vitam reſurrectio terminabitur.

27 An generalis reſurrectio fiet in inſtanti?

Reſpondeo per eumdem D. Thomam loco præcitato artic. 3. quæſtiuncula 2. quod in reſurrectione, aliquid fiet miniſterio Angelorum: aliquid verò à diuina virtute immediatè, & quidem Angelorum miniſterio fiet cinerum collectio, ac eorum præparatio ad reparationem humani corporis; diuina verò virtute animæ immediatè à Deo corporibus vnientur; illud igitur quod ab Angelis miniſtrantibus fiet, haud in inſtanti erit: ſi inſtans dicat indiuiſibile temporis, erit verò in inſtanti, ſi inſtans prò tempore inperceptibili accipiatur; quod autem diuina fiet virtute immediatè: ſubitaneè

taneè fiet, nimirum in temporis termino, quo Angelorum opus complebitur: virtus enim ſuperior inferiori imperfectionem adducit.

An anima eidem numero corpori vnietur: cui viuendo vniebatur? 28

Reſpondeo per eundem D. Thomam in diſt. 44. quæſt. 1. art. 1. quæſtiuncula 1. quod reſurrectio dici minimè poteſt niſi anima ad idem redeat numero corpus: reſurrectio enim eſt iterata reſurrectio; eiuſdem eſt autem reſurgere, & cadere; vndè reſurrectio magis corpus reſpicit, quod per mortem cadit, quàm animam, quæ poſt mortem viuit; at ſi non eſt idem corpus, quod anima reſumit, ac antea informabat: reſurrectio minimè dici valet, ſed potius noui corporis aſſumptio; vnde patientiſſimus Iob optimè hanc ſapiens veritatem c. 16. exultabat dicens. In carne mea videbo Deum Saluatorem meum.

An omnia nunc in corporibus noſtris exiſtentia: tunc in iudicio cum ipſis corporibus, reſurgant? 29

Reſpondeo per eundem D. Thomam vbi ſupra art. 2. quod quicquid ad integritatem humanæ pertinet Naturæ: hoc totum in corpore reſurget; vndè oportet, quod illa humiditas carnis cum homine ſit, quæ prius certè ad eius integritatem pertinebat; & quia vrina, ſudor, ſanies, & id genus ſunt de imperfectione indiuidui reſurgentis, minimè cum homine reſurgent; ſanguis autem, & alij tres humores, ſcilicet pituita, ſeu phlegma, atra, & flaua bilis, quos natura ordinauit, & etiam habent formas determinatas: ſimul cum corporibus reſurgent. At humiditates, quæ ſunt in tranſmutationis exordio, quæ quidem appellantur ros, vel in tranſmutationis progreſſu, quæ cum dealbari incipiunt, & quæ deindè cambium nuncupantur, non reſurgent; ſed genus humiditatis, cum peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura intendit in corpore indiuidui, quæ iam non eſt dealbata, ac membris incorporata, & gluten à philoſophis appellatur, quia eſt de ſubſtantia membrorum, reſurget: ſicuti, & alia reſurgent membra; Capilli ſimiliter, & vngues reſurgent cum homine, non tamen cum tota illa quantitate, quàm per totum vitæ decurſum acquiſierunt: hoc enim eſt maximè immoderata quantitas, ſed taliter, vt diuina iudicabit prouidentia neceſſarium, ac congruens; inteſtina ſimiliter reſurgent, atque plena erunt, non quidem fœ-

culen-

culentis ſuperfluitatibus, ſed nobilibus, & pretioſiſſimis humiditatibus.

30 In qua ætate homines in iudicio reſurgent?

Reſpondeo per eumdem D. Thomam loco præcitato quæſt. 1. art. 3. quæſtiuncula 1. quod homo reſurget, abſquè omni defectu humanæ naturæ; ſicuti enim Deus optimus omnium rerum ſapientiſſimus conditor in principio naſcentis mundi hominem penitus defectibus expertem creauit, ſic illum abſquè vllo defectu reparabit; Natura autem humana dupliciter eſt defectuoſa; vno modo, quia non dum vltimam eius perfectionem eſt conſequuta, vt accidit in pueris; alio modo, quia ab vltima perfectione iam receſſit, vt in ſenibus apparet, ac proindè in vtriſquè reducetur, per reſurrectionem ad vltimæ perfectionis ſtatum, qui profecto eſt in iuuenili ætate, ad quam augmenti modus terminatur, à quo poſtea decrementi modus ſumit exordium; haud loquimur de ætate, quantum ad numerum annorum, ſed quantum ad ſtatum, qui ex annis in humano relinquitur corpore; vnde noſter primus parens Adam, in iuuenili ætate dicitur ab omnium conditore, formatus, propter talem corporis conditionem, quam certò prima ſuæ formationis habuit.

31 An omnes reſurgant, ſinè aliquibus defectibus?

Reſpondeo per eumdem D. Thom. vbi ſupra q. 3. art. 1. quæſtiuncula 1. quod omnes reſurgent ſinè membrorum defectibus non enim reſurgent, vt monſtra, nec cum aliquo defectu, qui ex morbis contingit; at Damnatorum corpora cum defectibus reſurgent, qui ex naturalibus principijs, in humano corpore naturaliter conſequuntur, vt ponderoſitas, paſſibilitas, & his ſimilia, quos equidem defectus ab electorum corporibus: gloria reſurrectionis excludet.

32 An omnes in æquali quantitate reſurgent?

Reſpondeo per eumdem D. Thomam loco præcitato quæſt. 1. art. 3. quæſtiuncula 2. quod quilibet in illa reſurget quantitate, in qua homo fuiſſet in fine augmenti, ſi natura non erraſſet, vel defeciſſet, quod autem ſupereſt, vel deficit in homine, in reſurrectione reſecabitur, vel à diuina prouidentia ſupplebitur, ſicut in nanis, ſeu Pigmeis, atq; in illis, qui immoderatæ magnitudinis fuerunt, vt Gigantes.

33 In quo ſexu homines reſurgent?

Reſpon-

Reſpondeo per eundem Diuum Thomam quæſtione 3. quod ſicut reſurgent homines in diuerſis ſtatutis, ita in diuerſis ſexibus.

An ſolum electi ad iudicium congregabuntur? 34

Reſpondeo, quod omnes tùm electi, tùm reprobi; licet electi ſpeciali ſanctorum Angelorum miniſterio; eorum namquè erunt conciues in gaudijs ſempiternis, reprobi verò dæmoniorum miniſterio, ad iudicium afferentur.

An electi in iudicio triſtentur de reproborum deformitate, & reprobi lætentur de electorum pulchritudine. 35

Reſpondeo, quod non; vnde beatis in iudicio non poteſt aliqua cadere diſplicentia, vel dolor, nec de alienis malis, nec de proprijs præteritis, quamuis tunc electi reprobos diuinæ iuſtitiæ videant præſentari; tunc enim ipſi beati toto conatu, ac toto ſuo poſſe illa diuina fruuntur Eſſentia ſummum, ac inexplicabile producente gaudium, quale ſolitum eſt eſſe in Paradiſo; neque reprobis poteſt cadere gaudium de electorum pulchritudine, immò dolorem maiorem perſentient: electorum corpora videntes pulchra, agilia, ac purificata, &c., & ſicuti in iudicio beati illa diuina perfruuntur Eſſentia, ita damnati infernalibus ſunt pœnis ſubditi ſempiternis ſummam producentibus miſeriam, ac afflictionem.

Illi, qui iudicij tempore moriuntur, qui multam deberent in Purgatorio ſoluere pęnam, quomodò tunc à tali pęna ſic celerrimè liberantur? 36

Reſpondeo duobus modis. Primò, vel iuſtitia diuina in tempore illo breui tantò creſcit illam afflictionem tremendi iudicij, quantò eſſet in Purgatorio ſentienda per multum temporis, ſi iudicium non fieret tunc; Secundò modo, vel ipſa iuſtitia diuina plenariam imponeret indulgentiam; ſi quidem in Purgatorio exiſtentes iuſti, ac Sancti ſunt; ſic enim à diuina appellantur ſapientia dicente. Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum vobis paratum ab initio mundi.

Illi pueri, qui tunc in Lymbo exiſtunt pro culpa originali, iudicio terminato, in quem locum deſcendant iterum nè in Lymbum, in Purgatorium, vel in Infernum? 37

Reſpondeo, in infernum deſcendunt; credo, enim, quod poſt iudicium duo reſtent loca animarum; nimirum pro Electis Paradiſus,

diſus; & pro Reprobis, Infernus; quamuis enim pueri ipſi pœnam non mereantur ſenſibilem, ſicuti damnati, cum aliud non habeant, niſi originale peccatum, quò profectò ſunt digni priuatione viſionis Dei, nihilominus illam poſſunt in inferno ſuſtinere, ſicuti & in lymbo, quoniam tantum ſuſtinent pueri in lymbo pro originali peccato: quantum ſuſtinent damnati in inferno pro mortali peccato, ſeclusa ipſorum damnatorum pœna, & cruciatu ſenſibili, nimirum ignis, glaciei, Dæmoniorum viſionis, & id genus; vnde ipſi pueri in lymbo, nè dum tenebras ſuſtinent exteriores, vt Sancti Patres tolerabant in lymbo, antequam ad ipſos Meſſias, qui dicitur Chriſtus, deſcendiſſet, verùm etiam interiores, nempè non ſolum minimè vident Deum ſummum, ac incommutabile bonum, verum etiam eius gratiam, & charitatem non habent, quod quidem eſt damnatorum pœna, ſenſibili cruciatu, ac pœna ſeclusa, vt pluries ſupra diximus. Verum eſt, quod aliqui volunt, piè loquentes, quod pueri ipſi tunc in lymbo exiſtentes, in hunc mundum venirent completo iam iudicio, ac in ipſo ſtarent æternaliter, tanquàm in paradiſo beati, & in inferno damnati, vt eſt videre in loc. præcit.

38 Si quis ſimplex diceret. Quomodò eſſe poteſt, quod pueri ipſi nunc in lymbo exiſtentes, ſtarent, poſt vniuerſale iudicium, in inferno cum damnatis, & non eorum ignis incendium ſentirent?

Reſpondeo, quid in contrarium obſtat? An hoc Deus facere non poteſt? cum multa ſimilia mirabiliter fecerit in Sanctis ſuis: præcipuè cum tribus pueris Sydrach, Miſach, & Abdenago Danielis cap. 3. qui ex mandato Nabucdonoſoris Regis in fornacem miſſi ignis ardentis, per medium flammarum hilari animo deambulantes Dominum Cœli, & Terræ benedicebant, abſque vlla læſione perſonæ, & veſtium, quas habebant; ſic poteſt ipſe Deus optimus pueros ipſos nunc in lymbo exiſtentes, per medium ignis inferni deambulantes efficere abſquè vllo ipſius ignis nocumento.

39 Completo iudicio, vbi coadunentur iudicati?

Reſpondeo boni in paradiſo: mali abyſſis excipiuntur infernalibus, vt è Symbolo D. Athanaſij colligere poterit quiſquè, dicentis. Qui bona egerunt: ibunt in vitam æternam: mali verò in ignem æternum. Beati in paradiſo exiſtentes ſeptem habebunt gau-

gaudia; quorum primum eſt: videre diuinam Eſſentiam; Secundum, videre Ieſu Chriſti ſacram humanitatem; Tertium, videre Verbi diuini vnionem cum carne humana; Quartum, naturam videre Angelicam; Quintum, Angelorum conſortium videre; Sextum; ſe ipſos corpora glorificata cernere; Septimum, & vltimum eſt videre animam propriam æternaliter glorificatam, in Domino ſummo, & infinito bono ſine fine gaudentem. 40

Damnati è contra ſeptem præcipuè patienter pœnas, ſicuti in paradiſo ſeptem Beati gaudia principaliter habent. 41

Prima damnatorum pœna eſt æterna Dei viſionis, ac fruitionis carentia, & ſummi gaudij priuatio; quæ quidem pœna eſt maxima omnium pœnarum, ac cruciatum; vt proindè dixerit D. Auguſtinus. Quod damnati, potius vellent eſſe in inferno, & Deum videre, quàm in cœlo, & eius viſione carere.

Secunda pęna eſt perpetua ipſorum deſperatio; in inferno enim damnati, nunquam ſaluari conſpirant, vel ſoluere pœnam, ſed iugiter pœnis addicti ſempiternis; ſuas, deſperati, vndiquè emacerant carnes, iudicem maledicendo.

Tertia pœna eſt obſcuriſſimus carcer fætore, ſordibus elementorum fœcibus repletus.

Quarta pœna eſt. Quoniam ibi tenebræ erunt exteriores, ibi namque non lucet ſuo lumine phæbus, nequè ignis, vt iſte erit luminoſus, ſed obſcuriſſimus immunditijs operum filiorum tenebrarum enutritus, ac proinde vndiq; videbunt obiecta dolorum, & Deo ſummè iuſto, & clementi obcęcati maledicent.

Quinta pœna eſt. Crudeliſſimorum dæmonum inſopportabilis ſocietas.

Sexta pęna eſt. Confuſio; ibi enim nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, & Deum ſeuerum, & iuſtum iudicem blaſphemantium tumultuoſa, & pęnſoſa caterua.

Septima pœna eſt. Ignis ardentiſſimus, noſtro elementari, ſine comparatione actiuior, & acerbior.

Sciendum nobis eſt, quod multi Sacri Doctores volunt, quod ſupra infernum, ſit puerorum lymbus; ſuper puerorum lymbum, lymbus Sanctorum Patrum; ſuper Sanctorum Patrum lymbum, Purgatorium. At alij multi Patrum affirmant, quod Purgatorium ſubtus ſit lymbum Sanctorum Patrum; hoc quocunq; modo ſit, in centro terræ ſunt, vnus locus ab altero diſtinctus.

Digitized by Google

Ego verò meo innixus iudicio: dico Purgatorium ſuper infernum exiſtere. Ratio, quia ignis, qui ad purgandas animas in Purgatorium aſcendit, ab inferorum centro ducit exordium.

Inductiuum Authoris, quo ſuadet peccatricem animã ad pœnitentiam, dum tempus habet. Cap. IX.

1 VT verum fatear, auditis tremendi iudicij ſignis, ac etiam Pſeudo Chriſti acerba potentia, & crudelitate, vndiq; conturbatus, ac plenus tremore remanſi; quis enim audito diuino Ieſu Chriſti Saluatoris oraculo Matth. cap. 24. non plangit, ac lachrymatur? Quis tàm impœnitens, vt talibus auditis portentis, non veſtiatur ſacco, & cilicio, & cinerem tanquàm panem manducet, & potum cum amariſſimo miſceat fletu? quid dicat ſaluator
2 attende. [Sicut enim fulgur erit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem: ita erit, & aduentus filij hominis. Vbicumquè fuerit corpus, illic congregabuntur, & aquilæ. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum (qualis certò non fuit ab initio mundi, vſquè modo, nequè fiet) ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc parebit ſignum filij hominis (nimirum Crux Ieſu Chriſti) in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute
3 multa, & maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cęlorum, vſquè ad terminos eorum; Et etiam quid dicat idem noſter Saluator apud eumdem Matthæum cap. 25. auſculta. [Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis, & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hę-
4 dos autem à ſiniſtris, (nimirum electos ad dexteram, & præſcitos ad ſiniſtram.) Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitu-
5 tione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſti mihi bibere, hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis
6 ad mę. Tum reſpondebunt eiuſti dicentes: Dominę quando te

vidi-

vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens Rex dicet illis. Amen dico vobis, quod enim feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Tunc dicet, & his, qui à ſiniſtris erunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non 7
dediſtis mihi potum hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.
Tunc reſpondebunt ei, & ipſi dicentes. Domine, quando te vidi- 8
mus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quod enim non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam.

Proindè. O verè infelices animæ! quis ex vobis poterit habitare cum igne deuorante? & quis veſtrum valuerit planctum ſupportare ſempiternum? Ibi enim erit fletus, & ſtridor dentium. Quid vobis iuuant illicitæ diuitiæ, cùm nunc, nec ſtillam aquæ poſſitis habere, ſed ſinè refrigerio cruciabimini per æterna ſæcula? quid vobis proſunt genera muſicorum: cum ibi dæmoniorum ſitis horribilibus ſubditi clamoribus? quid profuit vobis tanta ſuperbia: cum nunc ſitis tàm profundè humiliati? equidem cœci, & inſenſati! non audiſtis Ieſu Chriſti Euangelicum oraculum, quod omnis ille, qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat: humiliabitur? non audiſtis Dauidis dictum, quod alta, ideſt ſuperba à longè cognoſcit, & ſuſcipit à terra humilitatis ſuæ, ſeruum pauperem? Surdi prorſus fuiſti: quid ergo fruſtra conquemini? dicentes, ò ſi nobis daretur ſpatium pęnitẽtiæ! quanta eſſent ieiunia! quantæ eleemoſinæ quot macerationes carnis, quãtas lachrymas funderemus! In vanum verba funditis, tranſijt tempus meriti, venit tẽpus vindictæ, & perditionis æternæ. Et quidem non immeritò poſſunt illam amariſſimam patientiſſimi Iob cap. 3. repetere cantilenam.

Iſai. 33. Mat. c. 8.

Dicentes infructuosè lachrymas irriguè fundentes. Pereat dies, 9
in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine. Obſcurent eum tenebræ, & vm-

bra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat: non computetur in diebus anni, nec enumeretur in menſibus. Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna: maledicant ei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. Obtenebrentur ſtellæ caligine eius, expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ, quia non concluſit oſtia ventris, qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis meis. Quare non in vulua mortuus ſum: egreſſus ex vtero non ſtatim perij? quare exceptus genibus cur lactatus vberibus. Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo requieſcerem cum regibus, & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines: aut cum principibus, qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento, aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti, non viderunt lucem: ò linguę maledictæ, quæ neſciunt, niſi maledictiones efformare? ò afflictæ, & miſerabiles, quæ vllum ſperatis æternaliter habere refrigerium: ſed vbiquè vos miſeriarum pelagus obuoluit, vbiquè planctus, vbiquè ignis infernalis, vbiquè horrendæ dæmoniorum turpium viſiones, vbiquè mala intolerabilia interius, exteriuſq; vos inexplicabiliter cruciantes, quocunquè vos vertatis in illo abyſſali miſeriarum Oceano, ſemper ſine fine, videtis obiecta dolorum.

Proinde vereor: An ſit homo ille, qui tot miranda nouiſſimorum eius audiens, adhuc vitioſam præſumat gerere vitam, dicens. Quod licet ipſe maximus ſit peccator, tamen miſeratio Domini

Eccl. magna eſt: idcircò multitudinis peccatorum meorum miſerebi-

5. tur; verum certè eſt, ſi emendas in melius, quæ ignoranter, vel malitioſè peccaſti: Miſerationes ſiquidem Dei ſuperant arenam, quæ

18 eſt in littore maris; ac proinde, vt ait per Ezechielem cap. 18. In quacunquè hora, peccator conuerſus fuerit, & ingemuerit: vita viuet, & non morietur; ipſe namquè Dominus noſter, qui eſt pater miſericordiarum, & fons pietatis, nolit mortem peccatoris, ſed

11 potius eius conuerſionem, & vitam; ſed ſi addis peccata peccatis, iterum, ac iterum ſummum bonum Deum offendendo: ſi adhuc peruersè, & obſtinatè viuere autumas; quid poterit de te, ò miſerabilis philoſophari? quæ enim ſeminauerit homo in vita ſua, hæc & metet, forſan colliget de ſpinis vuas, & de tribulis ficos? Opera mortifera carnis ſeminaſti, illicitè operando? de carne colliges corruptionem mortis æternæ. Noli tibi longam promittere vitam; mortem, iudicium, &c. quaſi è longinquò conſiderando, di-

cens,

cens, quod teneris adoleſcentiæ tempore, & quod ſis in flore iuuentutis; proindè omnia tempus habent, & ſic eſt tempus luxuriandi, tempus blaſphemandi, tempus occidendi, tempus omnia Carnis, Mundi & Dœmonis deſideria adimplendi: & tempus erit caſtam ducendi vitam, laudandi Deum, amandi proximum, & tempus abrenunciandi Carnis, Mundi, & Dæmonis deſiderijs, & hoc erit, cum in maturam, ſeu ſenectam venero ætatem: omnium certè ſcelerum meorum, me pœnitebit: prò commiſſis, & omiſſis, irriguum fontem lachrymarum effundam: interim voluptatum, ac deliciarum viam ſequi conuenit mihi; ſic enim pares mei, ſic omnes meæ profeſſionis operantur. O verba inſipientis certè digna; ò beſtiarum ſine intellectu miſerabilis conditio! verè, & legitimè contra tales peccatores ait pſalmiſta, quod nimirum peccando, & obſtinatè viuendo: fiant ſimiles iumentis inſipientibus. Dic mihi inſenſate: quis tibi tantam dierum, ac Annorum longitudinem tibi promiſit? quis hoc tale, vnquam, obtinuit priuilegium, vt ſit de longa vita ſecurus? forſan tecum pactum fecit omnipotens Dominus, aut aliquam, ſupra hoc, habuiſti peculiarem reuelationem? Certè falleris, nam, vt ait magnus Dei ſeruus Pater literarum Auguſtinus tract. in Ioannem. [Qui pœnitenti 12
veniam promiſit diſſimulanti: diem craſtinum non ſpopondit]; igitur ſi de craſtina, vtpotè propinquiſſima die dubius exiſtis, cur tua falſa præſumptione, tibi longæuum fore perſuadis ſuper terram? Nec magna eſt differentia inter iuuenem, & ſenem in hora mortis; ita enim eſt vicina vni, ac alteri; ſolum enim ſenes, ante oculos mortem habent: iuuenes verò poſt tergum; & quid eſt vita hominis ſuper terram, niſi velociſſimus quidam curſus ad mortem, vt ait Iob. cap. 10. Fuiſſem, quaſi non eſſem: de vtero tranſlatus ad tumulum; & quia incertus eſt nobis dies eius, & hora; debemus parati eam quotidie expectare: incertus ſiquidem dies; vt idem ait Auguſtinus, tanquàm quotidianus expectandus eſt. Quæſo ne tardes ad Dominum conuerti, & ne differas de die in diem, ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te, vt ait Eccl. cap. 5. Periculum enim eſt differendo, vt D. ait Chriſoſtomus, ſalus verò certa, ac ſecura, ſi nulla ſit dilatio. Et pſalmiſta quid de talibus dicit peccatoribus, qui cæci pigritantes per tenebras ambulando, & quò vadant ignorantes, carnis, mundi, & dæmonis deſideria ſtudentes adimplere? numquid ipſis, ob-

ſtina-

Digitized by Google

ſtinatè viuentibus ſpes promittitur ſalutis æternæ? minimè quidem. Sed quid dicat Pſalmo 7. intelligas quæſo. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum; & quid hoc arcu ſuo parauit? certè vaſa mortifera venenum aſpidum, & inſanabile continentia. [Et in eo parauit vaſa mortis.

13 Quid igitur ſic peruersè operaris peccando, & diuinæ gratiæ diuitias contemnendo, Deum vis illudere? certiſſimè es inſenſatus; ipſe namquè Deus non irridetur; & quidem ſi eum, iugitèr peccando, intendes prouocare: accendetur velut ignis zelus eius in furore ſuo, & ardebit (ò miſera, & infelix) vſquè ad inferni nouiſſima; congregabit ſuper te mala, & ſagittas iræ ſuæ complebit in te. Conſumeris fame, & deuorabunt te aues, (nimirum crudeliſſimi dæmones infernales) morſu amariſſimo: dentes beſtiarum

Deuter. 32. immittet in te cum furore trahentium ſuper terram, atquè ſerpentium. Foris vaſtabit te gladius, & intus pauor; Ecce vidiſti (peccatrix anima) quot mala tibi ſint imminentia; conſideraſti potentias domini; quis enim ipſius poteſtatem enumerare poterit, qui ſuo ſimpliciſſimo voluntatis imperio, omnia tàm viſibilia, quàm

15 inuiſibilia ex nihilo creauit? dixit enim, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt: dixit fiat lux, & facta eſt lux, dixit appareat terra arida, & aquæ congregentur in locum vnum; & apparuit arida, & congregatæ ſunt aquæ, quæ inde congregationes aquarum appellauit maria; dixit vt aqua producat piſces, &c. & terra animantia quadrupedia, &c. & hoc factum eſt; dixit germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, &c. & hoc factum eſt, & breuiter omnia, quæ videntur, & quæ non videntur, ſuæ omnipotentis voluntatis nutu, creauit; ipſe namquè noſter Deus ſolus omnipotens eſt, qui extendit cœlum ſicut pellem, & tegit aquis ſuperiora eius: ipſe dominatur poteſtati maris, & motuum fluctuum eius ipſe mitigat, qui etiam ambulat ſuper pennas ventorum; reſpicit indè terram, & facit eam tremere: tangit montes, & fumigant, inuertit ſi vult totius naturæ creatæ ordinem, & dicet. Ecce noua facio omnia.

Propterea anima, pretioſiſſimo Chriſti ſanguine redempta, ſi prædicta mala infortunia imminentia aufugere cupis: ſi ſalutem deſideras habere ſempiternam; ſi in indignationem non vis incurrere omnipotentis. Conuertere ad Dominum Deum tuum, & ipſe

ipſe miſerebitur tui, & ſuo pretioſiſſimo ſanguine, tuis medebitur vulneribus, ſuæ miſericordiarum lacte ſuauiſſimo paſceris? aqua potaberis cœleſtiarum gratiarum, quæ in te faciet fontem in vitam ſalientem æternam. Non confundaris præ ſcelerum tuorum multitudine, noli in deſperationem cadere; Dei ſi quidem proprium eſt miſereri, ſemper, & parcere. Miſericordiarum enim ſuarum infinitus eſt theſaurus. An non audis, ò anima fidelis tuum ſponſum te vocantem? auſculta illum ad ſui amicitiam te inuitantem per Ieremiam cap. 3. Tu autem (ò anima peccatrix) fornicata es, cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te; Et Tob. cap. 13. Conuertimini itaquè peccatores, & facite iuſtitiam coram Deo, credentes, quod faciat vobiſcum miſericordiam ſuam; ò verè fortunata, & certè beata! ſi ad Dominum te totaliter conuertes: inuenies enim tui æternam ſalutem. An non audis etiam tuum Dominum ad conuerſionem te dulciter inuitantem? ipſe enim Iſaiæ cap. 45. ſic exclamat. Conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ; quandoquidem nihil Deo magis eſt gratum, nihil ſibi magis carum, nihil ſic ſuæ maieſtati placet, quàm conuerſio peccatoris. Audi Ambroſium lib. de Pa- 15
radiſo. In cunctis ſacrificijs, nullum eſt Deo gratius, quàm quod innocens conſeruet innocentiam, & iniquus relinquat iniquitatem. Et Gregorium ſuper Ezechielem. Nullum omnipotenti Deo tale ſacrificium, quàm zelus animarum. Nè ſis quæſo negligens; & ſurdus vocationibus Dei: ad ſui te inuitantibus miſericordiam. Nè reſiſtas immenſæ ſuæ pietatis Oceano. Nè ſeruias amplius iniquitatibus: obſtinatè manendo in tua dura voluntate; accidet enim tibi, (ò miſerabilis creatura) quod fortaſſe non cogitas; (qui enim ambulat in peccatorum tenebris: neſcit quò vadit) ſi quidem viæ peccantium complanatæ lapidibus, & in fine illarum, inferi, & tenebræ, dum habes lucem vocationis diuinæ: crede in lucem, vt ſis filia lucis: nè tè penitus tenebræ comprehendant: O ſi cognoſceres, quæ, & quanta tibi promittuntur in cœlis! quæ nunc abſcondita ſunt ab oculis tuis! quæ enim præparauit Deus diligentibus ſe, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, vt ait Apoſtolus 1. Cor. c. 2. Ibi enim videbi- 16
mus Deum, ſicuti eſt: cum venerit, quod perfectum eſt, & delectabimur in multitudine pacis, quæ omnem creatum exuperat ſenſum; ibi pleniſſimum habebimus gaudium, videre Deum facie

cie

Digitized by Google

cie ad faciem; videre Sanctiſſimum Trinitatis myſterium; videre ſpecioſiſſimam Ieſu Chriſti humanitatem; videre cœlorum, & omnium rerum imperatricem, varietate circumdatam, ad Dexteram Dei aſſiſtentem; videre omnes Sanctos, & Sanctas, ac innumeram ſupernorum ſpirituum multitudinem; ò quàm diuturna eſt mea peregrinatio in hac valle lachrymarum: ſubditus exiſtens huic corpori corruptibili, quod in corruptionem ſępiſſimè vergens, miſeram aggrauat animam; ò quando, ò quādo ſolutus ero à vinculis huius tenebroſi carceris! Et vſquequò dicetur mihi in hoc exilio ab inimicis meis; vbi eſt Deus tuus? quando oſtendes mihi faciem tuam, & perfectè ſatiabis ſitientem afflictam animam meam? non poſſum amplius hic perdurare. Cupio diſſolui, & eſſe tecum ò Chriſte Verbum Patris; vndè conuerſo in planctum gaudio meo præ deſiderio ad te veniendi, ſic exclamo cum Auguſtino
17 in lib. ſoliloquiorum. Quàmdiu miſer iactabor in fluctibus: mortalitas clamans ad te Domine, & non exaudies? Audi Domine clamorem meum de hoc mari magno, & educ me ad portum fœlicitatis æternæ. Felices, qui de periculo huius maris educti; ad te Domine portum tutiſſimum peruenire potuerunt. O verè felices, qui de pelago, ad lictus: de exilio, ad patriam: de carcere, ad palatium peruenire meruerunt; ò verè beati, qui omnium malorum exùti ſarcina; ſecuri iàm de ſua immarceſcibili gloria, ad regnum decoris peruenire meruerunt, hæc ille. Quid igitur facies ò anima? An non te mouebunt tanta felicitatis æternæ motiua? A non te allicient indicibilia regni cœleſtis æterna gaudia? Conuertere ad Dominum Deum tuum; ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis illum diligendo; tolle ſuaue iugum legis diuinæ, & inuenies requiem inenarrabilem: ſtude vt inuenias Dominum lachrymando, & ſuſpirijs vitam deteſtando prętеritam. Beatus ſiquidem, & verè beatus eris: ſi hoc facies, nam veram inuenies ſapientiam; ſi quidem in ipſa omne inuenitur bonum.
18 Audi Salomonem Prouerbiorum 3. Beatus verè homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia, melior eſt acquiſitio eius negotiatione argenti, & auri primi, & puriſſimi fructus eius, & pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur; huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius pacificę. Lignum vitæ eſt his, qui appręhenderint

eam,

eam, & qui tenuerit eam beatus. Proindè eſto ſobrius: in omni- 19
bus vigila, diſce benè mori, vt tales ſapientiæ poſſis conſequi fru-
ctus, vigila, inquam, ad fores hoſtij eius, & cum inueneris eam:
inuenies vitam, & hauries ſalutem à Domino in hoc mundo per
gratiam; in alio verò per gloriam, quam nobis Deus Pater miſe-
ricordiarum donare dignetur. Amen.

Cæleſte Colloquium: in quo oſtenditur in quonam conſiſtat vera ſapientia, vita, ac veritas æterna. Factum ad modum Dialogi inter Chriſtum, & Animam peccatricem.

Cap. X.

EGo Chriſtus Ieſus increata, & æterna Dei Patris ſapientia 1
(zelo tuæ ſalutis) ad te loquor ò anima ad meam imaginem
creata, meoque ſacratiſſimo redempta ſanguine; quò ambulas
tàm anxioſa, & de die in diem afflictio tua multiplicatur? quò
tendunt tuæ inordinatæ cogitationes? Quid eſt, quod ſępiſſimè
pro modico verbo conturbaris? quò tàm ſinè conſideratione
progrederis anima inſenſata? Sine duce, & mea inimica exiſtens,
peccatis omninò dedita æternam tibi perſuades adipiſcere vitam?
Non vides miſera, quod tenebræ tuarum iniquitatum te miſera-
biliter comprehenderunt; idcircò omnes vię tuæ velociſſimè cur-
runt ad locum perditionis æternæ: & quidem non immeritò hęc
ignoras. Qui enim ambulat in tenebris, neſcit quò vadit, vt aio
per Matt. c. 22. Væ væ tibi, ò infęliciſſima; noluiſti meis ſanctiſ-
ſimis parere mandatis, ecce quomodo te mala cæperunt, & in te
exultant peſſimi dracones infernales. Nidus es immundorum
ſpirituum, carcer euaſiſti obſcuriſſimus principum tenebrarum:
Ecce quàm maxima fuit tuæ præſumptionis amentia. Et quomo-
dò ſuffecit tibi animus derelinquendi me tuum diuinum, & cœ-
leſtē ſponſum? Certè quia incraſſata es peccatorum immunditijs,
recalcitraſti, quia impinguata es criminibus, dilatata es, & ad ſen-
ſum reprobum te dediſti bibens iniquitatem, velut aquam, ideò 2
dereliquiſti Deum factorem tuum; prò momentanea delectatio-
ne a diabolo oblata diuitias gratiæ meæ pedibus (ac ſi eſſent ſter-
cora) calcaſti, & te infernali diabolo vliſſimo pretio vendidiſti.
Quis tibi dabit fontem lachrymarum, vt poſſis deflere tuum hor-
rendum infortunium? O inſenſata, & miſerabilis humanæ natu-

Digitized by Google

ræ conditio! O admiranda, & ſtupenda mortalium cęcitas! Tu tuis confiſa viribus ſic dixiſti ſuperbiens. Manus mea excelſa, & quis mihi dominus erit? Anima perduellis amens, ſinè conſilio, & prudentia diuinæ Maieſtatis excellentiam inhonorare autumaſti? vtinam ſaperes, & intelligeres, ac nouiſſima (quæ ad malum, niſi ad me conuertaris, tibi ſuperuenient) præuideres? Num ignoras, quod ego ſolum ſim Deus, qui hominem doceo ſcientiam, & legē meā edoceo ipſum, ac etiam altiſſima ſcripturarum arcana illi manifeſto. O verè millies, & bis millies beatus ille, quem ego erudiero: verba ſiquidem mea docent viam veræ ſapientiæ, vitæ, & veritatis æternæ. O ſi velles mihi omnipotenti Deo tuæ voluntatis oſtium adaperire! O ſi ad me, lachrymarum fonte, & ſuſpirijs, mœrore confecta (præterita deteſtando peccata, vt ſunt mei iniuria, ac offenſa grauiſſima, qui certè ſummum bonum exiſto) humiliter conuerteres! Equidem te erudirem verbis veræ ſapientiæ, vitæ, & veritatis æternæ. Ego ſtò ad oſtium, & pulſo, ſēper inceſſanter te exclamo. Si aperueris mihi, intrabo, & erit in te Paradiſus in terra. Aperi, aperi mihi ſoror mea ſponſa, vt apud te veniam, & manſionem in multitudine pacis in te faciam. O feliciſſima ſi me pulcherrimum ſponſum, præ filijs hominum, in tuæ bonæ voluntatis hoſpitium excipere merueris! profectò omnia habebis in me, & præter me nihil aliud deſiderabis, & meritò meæ diuinæ Charitatis ſauciata vulnere cum humili Franciſco dicere poteris. O Deus meus, & omnia, quid es tu, & quid ſum ego? tu es magnus, & omnipotens Deus, ego fœtidus terræ vermiculus: idcircò benè in Charitate fundata fiet in pace locus tuus, & canere poteris cum pſalmiſta iubilo plena. In pace in idipſum dormiam, & requieſcam.

Peccatrix Anima cœleſti Chriſti Ieſu edocta colloquio, ſic conuerſa ad Chriſtum loquitur.

2 QVæ verba melle dulciora ſunt iſta, ò mi dilectiſſime Ieſu? iam vltra tibi reſiſtere nequeo, non enim rationalis animæ excellentiam decet immenſo diuini amoris pelago locum denegare, quis enim reſiſtit voluntati tuæ, & pacem habuit? durum ſiquidem maximè eſt, contra ſtimulum infinitæ bonitatis calcitrare. O mi ſponſe dilecte Ieſu tibi meam confiteor inſipien-

ſtiam, meam eiuſdem ignorantiam. Peccaui, iniquitatem feci, iniuſtè egi; miſerere mei. Dæmon, Caro, Mundus (me aſſentiente) deceperunt, vulnerarunt me, denudarunt penitus tuam (quã feceras) pulchram imaginem virtutum varietate circumdatam. Ecce (iam tuæ ſupernæ gratiæ lumine clarificata) meas agnoſco iniquitates. Pœnitet me peccaſſe, diſplicet mihi ex intimis cordis mei penetralibus illas commiſiſſe. Proindè gemens, ac vlulans, laborabo in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo, & dicam. Maledicta peccandi occaſio ſit, maledicta immunda, & turpis delectatio; ò ſi fuiſſem recordata, quod momentaneum eſt, quod delectat, & æternum remanet, quod cruciat, certè te meum dilectum ſponſum non offendiſſem, ſed potius meum corpus immortificatum, & calcitrans, illud caſtigando, ad ſpiritus ſeruitutem redigiſſem, & dixiſſem diabolo inſtiganti ad peccata ſic: Vade, vade retro ſathan, tace, & obmuteſce; quid fruſtra mihi immundas ingeris cogitationes? In vanum laboras, verba effundere, vbi non eſt auditus, amentis opus eſt. Non audiam te amplius, licet mihi innumeras molia ris moleſtias; Dominus Deus exercituum fortis, ac omnipotens bellator, mecum eſt, à quo trepidabo? Si conſiſtant aduerſum me omnia veſtrum dæmoniorum caſtra, non timebo, ſed potius exultabo, gaudens in Deo Ieſu meo, ipſe enim fidelis Dominus eſt, qui ſperantes in ſe, ſaluos facit, illos deducendo per viam ſalutarem. Itaquè mi dulciſſime Ieſu, Verbum Patris increatum, doce me tuis ſuauiſſimis eloquijs præ melle dulciſſimis, viam, & ſenſum veræ ſapientiæ, vitæ, & veritatis æternæ.

Chriſtus Ieſus ad Animam loquitur conuerſam, & ipſam edocet ſpeciali colloquio, veram ſapientiam, vitam, & veritatem æternam.

Filia mea dilectiſſima, ſis nunc, & in æternum benedicta; peccatum nefandum reliquiſti, omnibus noſtris inimicis ſeriò abrenunciaſti, vt mihi ſummo, & incommutabili bono ſeruires? propterea multitudine dulcedinis meæ, quæ omnem exuperat ſenſum, abundanter enutrieris: ecce auidam nimis te video, veræ ſapientiæ, vitæ, & veritatis æternæ viam agnoſcendi; illam (ò 3

felix, & fortunata) hilariter te docebo. Omnis ſapientia (audi attenter ò dilecta mea) à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum, quis hominum cogitare poterit Dei conſilium, aut quis poterit cogitare, quæ velit Deus? equidem nullus; ſiquidem ego ſolus poſſum hanc enumerare tibi ſapientiam breuiſſimis, ſed grauibus verbis. Veræ ſapientiæ cardo, & fundamentum, ò Anima dilecta, eſt timor Domini, ſic enim aio per Pſalmiſtam, per Salomonem, & Iobum dicentes. Initium Sapientiæ eſt timor Domini; igitur ſi plenam cupis habere, ac veram ſapientiam, time Deum honore filiali, & dona illi debitum honorem, in obſeruandis ſuis diuinis præceptis, exhibe te promptum, & paratum. Timentibus enim Deum, & illum glorificantibus in cordibus ſuis illuminationes conceduntur ciuitatis ſupernæ cœlorum. Audi Eccleſiaſt. cap. 2. Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra, quo quidem illuſtrati lumine, indè miras actiones Deo valdè gratas, & acceptabiles operabuntur. Si igitur deſideras (ò dilecta mea) veram ſapientiam addiſcere: Time Deum, & da illi debitum honorem, ipſum ardentiſſimè præ omnibus diligendo; Nullus enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt; aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum? certè nullus. Et ſi ſenſum exoptas, vt aperiam tibi, vitæ nimirum æternæ, auribus percipe dulcia verba oris mei, vis ad vitam ingredi æternam? ſerua mandata; hæc enim ſunt media efficaciſſima illuc faciliter perueniendi: Et nè dura tibi hæc verba videantur, dicens cum Capharnaitis. Durus eſt hic ſermo, & quis poterit eum audire? talia ſiquidem verba, non ſpiritualium, qui dulciſſimos ſapiunt fructus virtutis, ſed carnalium proprii ſunt, qui omninò animam habentes corruptam, nauſeant hunc cœleſtem in corde ipſorum excipere ſermonem: miſeri, & infelices, ſed infeliciſſimus profectò ipſorum amariſſimus finis, ò ſi periculum maximum vellent agnoſcere! ò ſi conſiderarent, qualiter ipſorum perditio approximatur æterna! certè alia incederent via, alias haberent voluntates; ſed quia caro, Mundus, Dæmon ipſos decipiunt, cæci, & miſeri errant, in tenebris ambulando, opera tenebrarum pariter operantur. Proindè tu dilecta mea: ſi vitam amas habere ſempiternam: pone mandata mea, vt ſignaculum ſuper cor tuum, illa diligenter ſtudendo adimplere; hæc enim eſt voluntas mea, vt tu ſecundum meam facias voluntatem,

Digitized by Google

-tatem, ſicut & ego facio ſecundum voluntatem eius, qui miſit me, Patris æterni. Et quid eſt verba veritatis æternæ tibi dicere ô ſponſa mea formoſa? vt declines à malo, & facias bonum: in hoc enim veritas conſiſtit, in hoc repoſitus eſt cardo Iuſtitiæ, & ab hoc vniuerſa lex pendet diuina; propterea eſto fortis, & robuſta. Auerte à malo, ideſt à peccato, & conuertere ad ſummum bonum, vt gaudium habeas plenum; ſic enim videbis, quàm veridica ſint tui Saluatoris eloquia; non enim ſum, vt homines, qui ſæpiſſimè eructant mendacia: ſi quidem cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

Animę ad Chriſtum conuerſę confirmatio pacifica.

VErè fideliſſimus es, & te ipſum negare non potes, ecce edo- 4
cuiſti me doctrinam cœleſtem. O ſapida, & dulciſſima tua Ieſu Chriſte verba! O bone Ieſu lux perpetua, & ſplendor gloriæ æternæ cuncta creata tranſcendens lumina! iam ſuauiter fulguraſti coruſcationem, de ſublimi penetrantem, & omnia cordis mei intima purificantem. O Deus meus, & omnia; & quando veniet illa beata, & deſiderabilis hora, vt tu me ſaties præſentia diuina? vt ſis mihi omnia in omnibus? quandiu hoc non erit, nec plenum meum gaudium erit; interea conuertatur in planctum gaudium meum, & oculi mei effluant amariſſimum lachrymarum fontem, cum adhuc incolatus meus ſit valdè prolongatus in terris. Ego amore dilecti mei ſuauiter langueo; nam dulciſſimo ſuæ Charitatis telo vulnerata ſum: quiſnam dicet, & annunciabit dilecto meo, quòd eius cœleſti amore penitus ſim accenſa? quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam in eo? ô feliciſſimi ſpiritus incolæ Ciuitatis æternæ, dicite quæſo, & annunciate Ieſu dilecto meo, quòd amplius in hac valle lachrymarum commorari non poſſum; nimis enim ardens eſt cor meum amore cœleſtis ſponſi, vereor nè prorſus ſuauiter pro dulcedine langueam: iterum quæſo, ô chariſſimi ſuperni Regis ciues, vt fulciatis me floribus, & ſtipetis me malis, aliter Charitatis flammula mei dilecti omninò meum cor è corpore faciet euolare.

An dicet aliquis mundanus, quòd ſim valdè anxioſa, & ſollicita nimis, amore quaſi confecta? ſed ignorat infeliciſſimus, ac

ſine

ſine mente viuens, quot, & qualia ſint timentibus Deum gaudia præparata; quàm magna ſit Pacis abyſſus ordinata: audi Pſalmiſtam Pſalmo 30. qui de hoc obſtupefactus ſic ad Dominum clamat dicendo. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te; Tunc ſatiabor cum apparuerit gloria tua, tunc plenè ero beatus cum te facialiter, & ſine velamine videbo. Tunc enim videbimus Deum ſicuti eſt, & ipſe erit omnia in nobis: audi ſeruum Dei Bernardum ſic alloquentem. De hoc admiratus, O beatà viſio, videre Deum in ſe ipſo; videre Deum in nobis, & nos in ipſo. O felix iucunditas, & iucunda felicitas, quid quid deſiderabimus totum habebimus, nihil amplius deſiderantes, & quid quid videbimus, amabimus ip-
5 ſo amore beato. Et magnus Pater Auguſtinus contra mundanos homines ſic exclamat, ipſos increpando. O homo laboras, terrenam gloriam quærendo, vanam, & lubricam gloriam tibi arridentem, & fallaciter blandientem appetendo, ſi poſſet fieri, vt in cor tuum aſcenderet, qualis, & quanta ſit vera gloria cœleſtis; omne, quod nunc in mundo glorioſum eſt ad comparationem illius gloriæ, quæ ventura eſt, quaſi nihil tibi videretur omninò; & prædictus Bernardus inſipientiam mundanorum conſiderans in miram cecidit admirationem dicens. O quàm infelix infelicitas; quàm lugenda peruerſis, quàm inſipiens Chriſtianus, animam ſuam, quam Chriſtus ſuo proprio ſanguine redemit, diabolo vendit pro modica momentanea delectatione, & cito perit, quod delectat, ſed æternum permanet, quod cruciat, & quod reſiſtentia in hujuſmodi tentatione fit ex fiducia in Deo.

Cum igitur de duobus bonis ſemper melius ſit eligendum, ideò ſtultiſſimus valdè eſt ille, (crede mihi ò homo mundanus, quæ olim cognoui, qualia fuerint fallacis mundi gaudia vana) qui prò his modicis terrenis delectationibus, æternas amittit delectationes, vndè D. Hieronymus contemplans vanitatem peccata ſequentium, & ipſius ſceleris patrati acquiſitionem, ſic lachrymans ait. (ò homo vide quid agas cum peccas, Momentaneum eſt, quod delectat, æternum, quod cruciat. Si benè inſpiciamus bona temporalia, inueniemus in eis plus amaritudinis, quàm dulcedinis, quòd ſi in his miſerijs, aliqua reperitur iucunditas, profectò eſt breuiſſima) hæc ille. Vndè meritò exoptabam

arden-

Digitized by Google

ardenter, diſſolui, & eſſe cum dilectiſſimo meo Ieſu cœleſti ſponſo. Ibi enim in cœlo eſt tanta iucunditas, (vt prædictus ait Auguſtinus lib. de lib. Arbitrio) quòd ſi non liceret in ea manere amplius, quàm vnius diei hora, propter hoc ſolum innumerabiles annos huius mundi plenos delitijs meritò contemnerem: vndè prçallegatus Bernardus hoc conſiderans ſic loquitur. Merces Sanctorum tàm magna eſt, quòd non poteſt numerari, tàm copioſa, quòd non poteſt finiri, tàm pretioſa, quòd non poteſt æſtimari.

Et ideò licet hucuſquè dediti fuerimus ſenſualitatibus, & Carnis, Mundi, ac Dæmonis deſideria impleuerimus: demus tandem calcem viæ perditionis æternæ, ac recedant vetera de cordibus noſtris; demus nos vigilijs, ieiunijs, eleemoſynis, orationibus, carnis macerationibus, vt mors cùm repentè venerit nos non imparatos inueniat, ſed benè munitos, & diſpoſitos, beati ſiquidē erimus, vt cū venerit Dominus ſpōſus, inuenerit nos vigilantes, cum læta facie occurrentes, nobis vitam perpetuò, & immarciſcibiliter duraturam, nobis tribuat Omnipotens Deus, in hoc ſæculo per gratiam, & in alio per gloriam. Amen.

Finis Tertię, & Vltimę Partis ad laudem Sanctiſſimę Triadis, B. Virginis Marię, Beatiquè noſtri Patriarchę Franciſci de Paula.

MANUELE
IOTECA
IN ROMA

Digitized by Google

Omnia, quæ in hoc, & in alio opere diximus, correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ, ſubijcimus.

Digitized by Google

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina - (B. Piave)
. 1970